

Brünnich, Morten T.

Ornithologia Borealis

Hafnia 1764

Zool. 76

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10306825-2

Zool.

+6



Φ Fool 76



<36605893010010

<36605893010010

Bayer. Staats

M. TH. BRÜNNICHII  
ORNITHOLOGIA  
BOREALIS,

*Sistens*

COLLECTIONEM AVIUM

EX OMNIBUS, IMPERIO DANICO SUBJECTIS,  
PROVINCIIS INSULISQVE BOREALIBUS

HAFNIÆ FACTAM,

*Cum*

DESCRIPTIONIBUS NOVARUM,  
NOMINIBUS INCOLARUM,  
LOCIS NATALIUM

ET

ICONIS.

---

IMPRIMATUR, J. C. KALL.

---

HAFNIÆ, MDCCCLXIV.

1100 JOHN BAPTIST

REMAH 100

1100 JOHN BAPTIST

REMAH 100

REMAH 100

REMAH 100

<36605786970014

<36605786970014

Bayer. Staatsbibliothek

VIRO

PER-ILLUSTRI ET AMPLISSIMO

D O M I N O

C H R I S T I A N O  
D E F L E I S C H E R ,

S. R. M.

*CONSILIARIO STATUS,*

M E M B R O

C O L L E G I I R E G I I A D M I R A L I T A T I S

E T

G E N E R A L I S C O M M I S S A R I A T U S

&c. &c.

*Ornithologiam banc, TE collectore,  
ortam, TE autore, suscep<sup>t</sup>am,  
TE annuente, editam, TIRI, studio-  
rum, quibus delector, fautori & pro-  
motori, sacram volui,*

*TANTI NOMINIS*

Cultor devotissimus

M. Th. BRÜNNICHIUS.

---

## LECTORI.

Multas Scandinaviam alere aves, olim aliis orbis terrarum regionibus tanquam proprias spectatas, nonnullas alibi plane ignotas, suecica testatur Fauna, omnium avium, *Carolo de Linné*, equiti, in patria notarum continens descriptiones; plures postea septentrioni tribuit *Brissonius*; Daniam autem & Norvegiam cum subiacentibus insulis borealibus, quales sunt Feröenses, Islandia & Grönlandia, avium septentrionalium numerum insigniter augere probat per illustris possessoris, avibus tantum borealibus ornatum, museum.

Mon-

Monstrantur ibi aves inter rariores: Falcones  
Islandici cum novo, lagopus dicto; corvus varius Feröen-  
sis: anates Islandicæ, hactenus tantum ex America notæ,  
histrionica nempe & minuta, nova præterea sub nomine  
latirostra descripta; mergi boreales omnes; alcarum pul-  
chræ differentiæ, rostro unisulcato vel colore notabiles;  
generis novi, Uriæ dicti, species & varietates; procella-  
rix, ut taceam pelagicam & glacialem, species nova,  
puffinus; pelecani, præter eos e Fauna suecica notos,  
cristatus & phalacrocorax; rarissimæ, ornithologis hujus  
ævi nunquam visæ, catharactæ; colymbus torquatus nor-  
vegicus, ipsis Norvegiæ scriptoribus ignotus; larorum  
minus noti, argentatus & glaucus; sternæ varietas spe-  
ciosa; grallas inter scolopax Iapponica, falcinellus igno-  
tus, tringarum species americanæ, lobatam puto & fuli-  
cariam, alpina quoque cum reliquis novis, suecorum ra-  
rissima avosetta, illisque nunquam visæ: fulica, chloropus  
dicta, & passeræ inter loxia atra, quæ nisi americana  
*Catesbeji*, plane ignota.

Huic collectioni quantum contulerit Dnus. *de*  
*Petersen*, curiæ militaris in castello insulæ cuiusdam ma-  
ris balthici, *Christiansöe*, actuarius, vir ex historia natu-  
rali satis bene meritus, patet ex crebris hujus insulæ ex-  
*cita-*

citationibus. Cimbricas aves in primis misit spectatissimus vir Dn. *Teilmand* S.R.M. Centurio militaris & Dnus. prædii *Endrupholm*, cuius in historia naturali labores laudem nostram multum superant. Pelagicarum rarissimam iconem illustratam, unacum aliis e fratribus prædio *Lönborregaard* misit amicorum optimus, Dnus. *C. Hansen*. Grönlandicæ & Islandicæ mercatoribus & nautis debentur. Feröenses & Norvegicas suppeditabant nonnulli per illistris possessoris amici, sicut etiam Siælandicas donarunt alii.

Aves danicas, extra museum visas, vel e scriptoribus patriæ tantum notas, ad musei defectus supplementos & ornithologiam danicam hodie notam integrum si stendam, minoribus typis & absque numeris suis inseruimus locis. Autores danici, qui nostro scopo maxime inserviebant, sunt E. Pontoppidani historia naturalis Norvegiae; Jo. Ström descriptio tractus Söndmörer Norvegiae; Acta Nidrosiensia, quoad historiam naturalem imprimis E. Gunnero autore; nec tacenda magna cum aestimatione nominati Dni. *Teilmand* descriptio parochiæ Cimbricæ vulgo Skadsherred dictæ, quam, typis nondum mandatam, via autoris perlegimus.

Colym-

Colymbos in Fauna suecica descriptos, tridactylos, a reliquis hujus generis tetradactylis separatos, sub novo descripsimus Uriæ genere; reliquos inter secundum pedes palmatos vel lobatos fecimus distinctionem; Larum parasiticum denique sub novum catharactæ genus reduximus.

Quas longo itinere, ingenti labore & multis sumtibus alii collegerunt aves, has intra mœnia vidimus, descripsimus, patriæ dedimus &, quantum in nostra fuerit potestate, ab injuria temporis & noxa insectorum vindicavimus.

HAFNIÆ 1764. d. 20. Februarii ex Museo.

---

Falco.

## Falco.

1. 2. **L**ANARIUS *mas & fæmina*, *Fn. 62.* Fe-  
roensibus Smirle. Mas magnitudine  
columbæ, fæmina paulo major; maculæ caudæ  
& alarum, in mare rufescentes, in fæmina ma-  
gis albidae. E *Siællandia, Islandia & Feroa.*
3. **MILVUS**, *Fn. 57.* Danis Glente. Magnitudo galli.  
Tota avis secundum pennarum scapos longitudi-  
naliter maculata. E *Siællandia.*
4. 5. **TINNUNCULUS** *m. & f.* *Fn. 61.* Cimbris Kirke-  
falk, nonnullis Spurrehøg. Magnitudo colum-  
bæ; fæmina a mare differt maculis alarum majo-  
ribus & cauda ferruginea, lineis 9. v. 10. trans-  
versis notata; restringentes, exceptis intermediis,  
apice albent. E *Cimbria & Christiansöe.*
6. **GENTILIS**, *Fn. 58.* Variat vivus cera vel ex fla-  
vo viridi vel cœrulecente; hic a falconariis da-  
nicis Blaaefugl dicitur, ille Guulbek audit &  
ad venationem præfertur alteri, qui hieme tan-  
tum inservit. Uterque a falconariis Slætfale  
audit. E *Siællandia*, habitat etiam in *Cimbria & Norvegia.*



7. ISLANDUS, albus, supra maculis cordatis minoribus nigris, rectrices albæ totæ, intermediæ nigro vix fasciatæ.
8. ISLANDUS, albus, maculis cordatis majoribus, rectrices albæ, omnes nigro fasciatæ.
9. ISLANDUS, fuscus, in supina parte avis singula pena albida fasciis fuscis margineque albido; rectrices fuscæ albo fasciatæ; collum subtus album maculis longitudinalibus nigris; pectus & abdomen alba maculis cordatis nigris.

Utrum Falco Islandicus speciei sit singularis, vel ad alias notas referendus, nondum constat. Varietates sunt sine dubio 7 - 9. quas soli Daniæ Regi vendere tenentur Islandi. Pretium quoque triplex pro triplici hac varietate Islandis solvendum a rege est constitutum: nempe pretium Falc. 7. in Islandia est 17. impp. dan. Falc. 8. 10. impp. Falc. 9. 7. impp. Hafniam singulo anno ex Islandiæ portu *Holmenshavn* transportantur falcones hi, qui postea, venatione edocti, ad varias aulas principum munera inter septentrionis rariora mittuntur.

10. II.

Maximi & robustiores hujus generis *Danis Orne, rusticis* quibusdam *Norvegiae Uræ*. Minores *Falk v. Høg, Norvegiae Hønk* dicuntur.

10. II. SUBBUTEO *m.* & *f.* Fn. 59. Siælandis Lækes  
Fæl. Abdomen & collum subtus in altero sexu  
ex albo magis sunt lutescentia. E Cimbria,  
habitat etiam in Siælandia.

*F. gentilis*, *Islandus* & *subbuteo* in villa regia pro-  
pe Hafniam ad venationes instruuntur. Rectrices læ-  
sæ v. detritæ reparantur a falconariis addendis aliis,  
acubus nempe belgicis ad basin veteris pennæ novam  
affigunt; quod observatione dignum, ne descripto-  
res, tali artificio decepti, novas effingant species vel  
varietates.

12. ALBICILLA, *Syst. Nat.* 41. 8. Norvegis Fiske-  
Ørn. *Descr.* Cera, rostrum & pedes flava;  
corpus e rufo fuscum, abdomen pallidum macu-  
lis oblongis rufis; remiges nigræ immaculatae;  
cauda subcuneiformis, rectrices a basi ad medi-  
um nigræ, altera medietate alba, apicibus exti-  
mis nigris. Magnitudo anseris majoris. E Siæ-  
landia, habitat etiam in Norvegia.

13. OSSIFRAGA, *Brisson. ornith.* G. IX. 9. Siælandis  
Gaaæ-Ørn. Norvegis Land-Ørn. *Descr.*  
Pedibus lanatis ad medias tibias, quæ una cum  
digitis luteæ, cera obscura, rostro nigro, gut-  
ture piloso; corpus e fusco & ferrugineo macula-  
tum, capitis plumæ basi albæ dein fuscæ ferru-



gineo terminatæ; cæuda rotundata rectricibus extorsum nigris, introrsum ex albo nigroque for dide nebulosis; ani rectrices albæ apicibus nigris. Magnitudo præcedentis. E *Siælandia & Islandia.*

Incertus hæreo, utrum sit varietas *F. chrysaethos* Linn. *syst. 41. 2.*, qui habitat in Cimbria & Norvegia *Ström. söndm. p. 261.* an nova species?

14. **TORQUATUS**, *Brisson. ornith. VIII. 7. Pontoppid. atl. dan. T. I. t. 25. f. I. p. 616. Descr.*  
Rostro nigro, pedibus exilibus flavis; corpus superne obscure ferrugineum, inferne ex albo rufescens, maculis longitudinalibus fuscis varium; rectrices caudæ superiores albæ ferrugineo maculatæ; caput torque cinctum; rectrices nigræ, laterales fasciis tribus ferrugineis: Fœmina. Magnitudo gallinæ. E *Christiansöe.*

An *F. pygargus* Linn. *syst. 41. 9.*? qui apud *Brissonium* idem cum *F. torquato*.

15. **LAGOPUS** cera pedumque lanatorum digitæ nudi lutei, corpus nigrum albo maculatum, rectrices albæ versus apicem nigræ. *Descr.* Magnitudo gallinæ, pedibus plumosis ad talos usque; cera rostri pedumque digitæ lutei; corpore nigricante albo

albo sparsim maculato; caput, collum & pectus alba maculis longitudinalibus nigris; abdomen nigrum; femora & pedes tegunt pennæ albæ, rachi & macula longitudinali nigra notatae; remiges primariæ nigræ, secundariæ cinereæ intus albo maculatae; rectrices a basi ad medium albæ, altera medietate nigra albo terminata; uropygium subtus album. E *Christiansöe*.

**ÆRUGINOSUS**, Fn. 66. Ström. söndm. 235. in *Norvegia Hønsehøg, Øverg. Glente.*

**APIVORUS**, Fn. 65. Ström. söndm. 235. in *Norvegia & Sjællandia*, Danis Muse. Høg, Muse. Vaage, quia mures strigis instar persequitur.

**NISUS**, Fn. 68. Ström. söndm. 235. in *Norvegia & Cimbria*, Danis Spurre. Høg.

**HALIÆTUS**, Fn. 63. Ström. söndm. 225. in sylvis *Norvegiae* passim degit, pisces tamen sape venatur, hinc Fiske, Give audit; in *Cimbria* raro visus.

**BUTEO**, Fn. 60. Ström. söndm. 251. in alpibus *Norvegiae*, ubi e macula sub singulis alis Skov. Vænge, Ørne. Falke autem, quia aquilas licet minor persequitur, audit.

**Nomina Norvegica Field. Ørn & Slag. Ørn quo sint referenda nescio.**



## Strix.

16. OTUS, *Fn. 71.* Danis Horn-Ugle. E Christiansöe & Cimbria.

17. ALUCO, *Fn. 75?* Corpore luteo, maculis longitudinalibus fuscis vario; remiges & rectrices areis nigris luteisque alternis variæ. *Pontoppid. atl. dan. I. t. 25. f. 5.* *Strix flammea.* Danis Kat-Ugle. *Descr.* Caput, collum, pectus, dorsum alæque lutea, nigro longitudinaliter maculata; abdomen magis albicans, singula penna linea longitudinali nigra notatur, ani pedumque rectrices albidae immaculatae. Alæ complicatae cauda longiores, remiges 1 - 3. subæquales, omnes areis nigris luteisque alternis 3. v. 4. variæ, spatia nonnulla lutea paniculis nigris velut aspergine quadam irrorata. Rectriccs luteæ apicibus albidis, omnes areas 5. v. 6. nigras obtinent; areæ intermediarum luteæ, macula nigra gravidatæ. Rostrum unguesque nigricantia. Magnitudo cornicis. E Christiansöe, habitat frequens in Cimbria & Sielandia.

Si conferantur descriptiones strigis funereæ apud Linnæum & Brissonium, plurima conveniunt cum descriptione nostra tam præcedentis tam sequentis speciei, ideoque dubito strigem funereum speciem esse distinctam.

18. STRI-

18. STRIDULA, *Fn. 77.* Danis Nat. Ugle. Tota avis ex albo, nigro ferrugineoque per maculas & undulas variegata. Alæ complicatæ cauda breviores, remigum prima plus palma brevior tertia quartaque; restringentes areis nigris luteisque variæ, intermediæ binæ luteæ, nigredine irroratæ, omnes apicibus acutis; Rostrum albicans, ungues nigri, pedum tegetes albæ, punctis aspersæ nigris. Brissonii descriptio *ornith.* XII. i. optime quoque in nostrum quadrat exemplar. E *Christiansöe.*

19. ULULA, *Fn. 78.* Danis Ugle. E *Norvegia, Siælandia & Christiansöe.*

20. PASSERINA, *Fn. 79.* Pontopp. atl. dan. I. t. 25. f. 3. *Strix funerea.* Danis Krak. Ugle, E *Christiansöe & Cimbria.*

BUBO, *Fn. 69.* Ström. söndm. 225. in *Norvegia*, ubi Berg. Ugle, aliis Ratt. Ugl. Hane dicitur.

NYCTEA, *Fn. 77.* in *Islandia.* Anders. relat. p. 40. c. fig.

## Lanius.

21. 22. EXCUBITOR mas. *Fn. 80.* Brisson. *ornith.* XXI. i. & fæmina. Incolis *Christiansöe* Hapax, Cimbris & Siælandis Tornsfade, Norvegis Kla-



vert. *Fæmina* mare paulo minor, differt ab eo collo, pectore & abdomine, quæ albida, lineolis innumeris transversis fuscis undulata. E *Christiansöe*.

**23. 24.** *COLLURIO m. & f.* Fn. 81. *Briffonio* diversæ sunt speciei sc. XXI. 3. & 4. Siælandis Tornskade. Norvegis Hantvark. E *Christiansöe*.

**25. 26.** *GARRULUS m. & f.* Fn. 82. *Mas* alarum membranulis coccineis gaudet septem, *fæmina* tantum 5. E *Christiansöe* ubi Skitteren dicitur, in *Siælandia & Norvegia*, ubi Sieden- v. Sieben-Svands audit, haud infrequens.

*BIARMICUS*, Fn. 84. ad danicas aves ab Edwardo av. 55. refertur, *Angliam* per principem fœminam *Dnam de Albemarle* advectus.

## Corvus.

**27.** *CORAX*, Fn. 85. Danis Ravn, Norvegis Korp. Habitat ubique.

**28.** *VARIUS*, ex albo nigroque varius. Danis Hviid Ravn; an *Briffonii* *Corvus cornix varia XIV. 2.* A? *Descr.* Alba sunt caput (excepto vertice nigro) rostrum & unguis, tectrices narium, collum subtus, venter, remiges 1-17. earumque tectri-

rectrices, atque rectrices duæ intermediæ; reliqua pars avis nigra. E *Feroensibus insulis*, ubi in rupibus seorsim a C. corace habitare dicitur.

29. CORONE, *Fn. 86.* Danis Blaae-Raage. E *Siælandia & Feroa*.
30. CORNIX, *Fn. 88.* Danis Krage, Norvegis Kraaske. E *Christiansöe*. Habitat ubique.
31. MONEDULA, *Fn. 89.* Danis Ullike, Norvegis Kaae, Kane, Ravnkaate, Raage. E *Christiansöe*; habitat in *Norvegia*, *Siælandia* & *Cimbria*.
32. PICA, *Fn. 92.* Danis Skade, Huusffade; Norvegis Skære, Skior, Tunfugl : domicilia hominum amans avis. Picam albam e *Norvegia* olim possidebat *Ol. Wormius*, *Mus. Worm.* p. 293.
33. GLANDARIUS, *Fn. 90.* E *Siælandia*, ubi Skovs Skade dicitur.
34. CARYOCATACTES, *Fn. 91.* Danis Nøddefrige, Norvegis Net-Rraake v. Nøddesfriger. E *Christiansöe* & *Siælandia*, habitat quoque in *Norvegia*.



**INFAUSTUS**, *Fn. 93.* *Ström. sōndm. 225.* Danis & Norvegis Giertrudsfugl, Ulyksfugl. Hunc esse Norvegorum Field, Skior v. Field, Skadē existimat R. D. *Ström* l. c. eundeinque facit cum Scriptorum Norveg. Skovskade, an *C. Glandarius*? In *Siælandia* prædio quodam *Gavnöe*, quod hodie possidet Excell. Ordinis Elephantini Eques D. *Ottø de Thott*, capta fuit avicula ab autoptis parva, rubra, audacissima simulque minus nota descripta, quam hujus fuisse speciei existimo.

## Coracias.

35. **GARRULUS**, *Fn. Sv. 94.* Danis Ellekrage. E *Siælandia* & *Norvegia*.

## Cuculus.

36. **CANORUS**, *Fn. 96.* Danis Gjøg, Kukert v. Kuk, Cimbris etiam Kuk, Manden, Norvegis Gouk. E *Christiansöe*, habitat in *Siælandia*, *Cimbria* & *Norvegiæ* parte australi.

## Jynx.

37. **TORQUILLA**, *Fn. 97.* Danis Vendehals, Dreyhals. E *Siælandia* & *Christiansöe*.

## Picus.

## Picus.

38. MARTIUS, *Fn. 98.* Norvegis Træe-Kloppe, Træe-Pilke, quæ nomina etiam sæpius sequentibus tribuuntur speciebus. E *Norvegia*.
39. VIRIDIS *Fn. 99.* Danis & Norvegis Grøn-Spætt. E *Sjællandia*.
40. MAJOR, *Fn. 100.* Danis Hafke-Spætt. E *Christiansöe & Norvegia*.
41. MEDIUS, *Fn. 101.* Danis Flæg-Spætt, Flæk-Spærre. E *Sjællandia & Christiansöe*.
- MINOR, *Fn. 102.* Ström. söndm. 260. 4. in *Norvegia*.

## Sitta.

42. EUROPÆA, *Fn. 104.* Danis Spætt-Meise, Norvegis Natt-Vake; Egde? E *Sjællandia*.

## Upupa.

43. EPOPS, *Fn. 105.* Danis Hærfugl. E *Sjællandia & Christiansöe*.

Cer-

Nomina danica *pici majoris* & *medii* non sunt propria singulæ speciei, sed jam uni jam alteri tribuuntur.



## Certhia.

FAMILIARIS, Fn. 106. ad Sielandiae aves notas ab autoptis sub nominibus danicis Træepifke v. Lichesten refertur.

## Anas.

44. CYGNUS, Fn. 107. Danis & Norvegis Svane. Habitat ubique in oceano & lacubus ; missus ex Islandia. Varietas hujus datur, a tuberculo rostri carnofo Cimbris Snabel-Svane dicta.
45. TADORNA mas crista carnosa ad basin rostri, remigibus unicoloribus.
46. - - - - varietas alia remigibus, exceptis extimis, apice albis.
47. - - - fæmina crista rostri nulla. Fn. 113. Danis Grav-Gaas, Brand-Gaas, Norvegis Ring-Gaas, Fager-Gaas, Ulr-Gaas, Rød-Bælte, Feroensibus Hav-Simmer, Islandis Uvelkong. E Sielandia, Feroa, Islandia, Norvegia & Cimbria.
48. 49. FUSCA m. & fæmina, hujus tempora vix albican, abdomen ex albo fuscoque fordide maculatum. Fn. 109. Gunner. nidros. I. 259. t. 5.

Incolis

Incolis *Christiansöe* Sværte, Norvegis Søes  
Orre, Hav-Orre, v. Sav-Orre, rusticis qui-  
busdam Sorte. E *Christiansöe & Norvegia*.

50. MARILA, *Fn. 111.* Danis Polſē Edelman. E  
*Cimbria*.

51. - - - varietas: Caput & collum sericea ex vi-  
ridi nigra, pectus, thorax, dorsum, alæ ut &  
abdomen pone pedes e fusco alboque tenuissime  
undulata: cetera cum præcedenti conveniunt.  
E *Christiansöe*.

52. BERNICLA, *Fn. 115.* Cimbris Ray= v. Rad=Gaas,  
Norvegis Raat= v. Raatne=Gaas item Gouſ  
v. Gagl. In quibusdam collaris albi vix obser-  
vantur rudimenta. E *Christiansöe*. Habitat in  
*Norvegia & Cimbria*. Sonus, quem inter vo-  
landum edunt, rusticis Cimbris nominis Karls  
Jægere dedit occasionem.

53. ANSER *ferus* margine frontis albo, abdomine  
cinereo immaculato. *Fn. 114.* E *Cimbria* habi-  
tat etiam in *Norvegia*, Danis Graae= v. Bild=  
Gaas dictus.

54. - - - varietas fronte tota alba, abdomine  
nigro maculato. E *Cimbria*; nonnullis minus  
recte Trappe=Gaas.

55. An-



55. *ANSER domesticus*, *Fn.* 114. *Tam: Gaas*, hospitatur ubique.
56. *ERYTHROPOUS*, *Fn.* 116. *Feroensibus Bram: Gaas*  
aliis *Helsinge: Gaas*. Ex *Islandia*, *Feroa*,  
*Norvegia & Christiansöe*.
57. *MOLLISSIMA*, *mas* adultus quadriennis, *Fn.* *Sv.*  
117. *mas*.
58. - - - - - adultus, triennis, coloribus minus saturatis, maculisque colli nonnullis nigris a præcedenti distinguitur, vertex niger postice bifidus.
59. - - - - - pullus biennis, collo pectoro que ex albo nigroque varie maculatis, vertice nigro.
60. - - - - - pullus annuus, dorso albo, remiges primores, rectrices, ima pars pectoris & abdomen nigra, reliquum corpus pennis nigris, albis vel nigro alboque variis tegitur.  
Omnes e *Christiansöe*.
61. - - - - *maris adulti varietas*, quadrienni similis bafi alarum & dorsi medietate nigris.  
E *Feroa*.
62. - - - - *fæmina* linea alarum transversa duplii alba *Fn.* 117. *fæmina*. E *Christiansöe*.

63. MOLLISSIMA, fæm. *varietas* 1. præcedenti similis sed pennis plurimis albis in toto corpore maculata. E *Christiansöe*. Incolis nunquam antea visa.
64. - - - - *varietas* 2. nigra collo & abdome cinereis, linea alari vix conspicua. E *Feroa*.
65. - - - - *varietas* 3. præcedenti similis, sed absque linea alari. Ex *Norvegia*.
66. - - - - *pullus* aliquot dierum, lanugine fuscâ vestitus, guttur & pectus albida, linea cinerea a rostro per oculos ad nucham ducitur. Singula pluma s. lanugo apice setigera est, hinc apparet totum corpus quasi pilis tectum. Pulli maris & fæminæ sunt concolores.

Danis *Ederfugl*. Quæ de *A. Mollissima* ejusque varietates quoad autores, nomina, loca & œconomiam integrâ constant, videantur in *Monographia nostra* danice edita *Hafn.* 1763. c. figg. cujus iam exstat versio germanica.

67. 68. PLATYRYNCHOS *mas* & *fæmina*, *Fn.* 120.  
Siælandis *Krop-And*, Bornholmis *Stof-And*.  
Color fuscus in altero sexu, ut puto mare, magis ad cinereum vergit, & ferrugineus ad albedinem. E *Siælandia* & *Christiansöe*.



69. PLATYRYNCHOS, *varietas*, in qua fere deleta est macula cœrulea s. smaragdina alarum, licet aliis notis certo dignoscatur species. E *Christiansöe*.

70. CLANGULA *mas.* Fn. 122. Norvegis ex annulo oculi albo Ring-Øye. E *Christiansöe & Islandia*.

71. - - - *fæmina* capite cæsio - rufescente, ad finum oris plumæ aliquot albæ, vel in aliis nullæ, linea alaris alba; cetera cum descriptione Fn. Svec. convenient. E *Christiansöe*.

Norvegis ex stridore Hviin - v. Øviin - And; ex macula ad finum oris alba, qua ad Lunden o: Alcam æticam accedit, Lund - And aliis dicitur; incolis *Christiansöe* Bruus - Kop v. Blanke, Kniv. E *Christiansöe & Islandia*, habitat etiam in *Norvegia*.

72. 73. PENELOPS *m.* & *f.* Fn. 124. *fæmina* macula alari alba caret, sed lineis 2. albis gaudet. Danis Brun - Nakke, Bles - And. E *Christiansöe*.

74. - - - *varietas*, ut videtur, maris, macula alari tantum azurea nitet, reliquis caret, *fæminæ*, ea excepta macula, simillima. E *Christiansöe* sub nomine Græs - And.

75. HIEMALIS, Fn. 125. incolis *Christiansöe* Gas-  
dissen, Klaeshahn. Norvegis, Ungle, An-  
geltaſſe v. Troesorer.

Regio circa oculos pallide grisea, utrinque infra  
oculos macula magna oblonga nigricans; pennæ  
humerales in exemplaribus mihi visis albæ, lon-  
giiores & acuminatæ, supra alas complicatas de-  
pendentes. E *Christiansöe*, habitat etiam in  
*Norvegia*.

76. - - - Differt a præcedenti tænia verticali  
nigra, pennis humeralibus nigris ferrugineo  
marginatis, & collo maxima ex parte nigrican-  
te. *Willugbb.* Anas Island. Havelda. p. 290.  
Huic similis *Querquedula Ferroensis Brissonii*  
*ornith.* XXIV. 40. qvæ a nostra differt rectri-  
cibus elongatis nullis, ideoque forte varietas.  
Ex *Islandia & Feroa*, hic *Dedel*, ibi *Ha-Ella*  
v. *Ha-Old* dicta.

77. - - - Fn. 133. Capite albo, vertice &  
macula laterali nigris, pectore cinereo, collum,  
abdomen & pennæ humerales albæ; reliqua ni-  
gra etiam rectrices, quæ omnes acuminatæ,  
elongatis nullis. E *Christiansöe* sub nomine  
*Dyffer.*



78. **HIELMALIS**, Præcedenti similis, pennis humeralibus cinereis. E *Christiansöe*.

79. - - - Differt a præcedente colore, loco nigredinis, sordide cinerascente. E *Christiansöe*.

Quomodo anates 75-79. differant vel ætate, v.  
sexu, vel specie, nondum constat.

80. **FERINA**, Fn. 127. E *Siælandia* sub nomine **Brun-Nakke**, Norvegis **Rød-Nakke**.

81. **QUERQUEDULA mas**, Fn. 128. Pennæ humerales longiores, singulæ linea alba secundum longitudinem rachidis notantur. E *Christiansöe*, habitat in *Norvegia* ibique **Kref-And** v. rusticis **Saur-And** dicta, quæ nomina etiam reliquis minutissimis tribuuntur speciebus.

82. **CRECCA**, Fn. 129. Cimbris **Atteling-And**, Norvegis **Hestelort-And**. E *Christiansöe* & *Siælandia*.

83. **CIRCLIA**, Fn. 130. Danis **Krif-And**, Caput, pectus dorsumque e fusco alboque varia, singula enim penna fusca albo terminata. Alarum basis, apex & margines fusca, macula alarum e viridi sericea, supra infraque nigra, antice & postice alba; remiges

remiges primores 10 omnino fuscæ; linea capite pallidior a rostro supra oculos ducitur; abdomen album fusco maculatum, imprimis pone pedes. E *Christiansöe & Norvegia.*

84. HISTRIONICA, *Syst. Nat.* 61. 30. Islandis Grav, And v. Straum. And, mas: Caput, collum pectus e nigro coerulea, ad finum oris macula alba, a qua in utroque latere supra oculos ad nucham usque ducitur linea ferruginea, interjacentे alia verticali nigra; macula auricularis alba, pone hanc in dorso colli utrinque linea decurrit alba, infra hanc collare album, dein ante alas in lateribus pectoris utrinque fascia transversa alba, in antica pectoris parte non coēunte. Abdomen obscure cinereum, latera abdominis ferruginea, remiges primores nigræ, secundariæ a latere exteriori violaceæ, postice albo maculatæ, præterea duplex macula alba in singula ala, una versus basin alæ, ex macula pisiformi 2 aut 3 tectricum orta, altera præcedenti similis versus apicem tectricum. Cauda acuta nigra. Ex *Islandia* plures hujus anatis exuviae diversis annis allatæ sunt, hoc vero anno unam cum specie sequenti n. 86. sub communi nomine *Straum. And, mas & fæmina* accepimus.



85. **HISTRIONICÆ**, tantummodo *Caput*, in quo unguis rostri lineis notatur 2. albis divergentibus instar literæ V, angulo apicem respiciente. Ex *Islandia*. An lusus naturæ?
86. **MINUTA**. *Syst. Nat.* 61. 31. Corpore fusco, ab domine albo maculato, gula, regio sub oculis, macula temporalis supra oculos, nucha & regio aurium albescens; cauda acuminata. Hanc ex *Islandia* sub nomine *Etraum*. Und *fæmina* una cum A. histriónica accepimus. Multa habet communia cum *Anate ignota* *Ström*. *Jöndm.* p. 230. descripta.
87. **BOSCHAS fera**, *Fn.* 131. Norvegis *Glaebehals* v. *Græs*. Und, etiam nonnullis *Stof*. Und dicitur. E *Norvegia*, *Islandia* & *Groenlandia*, habitat ubique.
88. - - - *domestica* multis ludens coloribus, Danis *Tam* - *Xand*; hospitatur ubique.
89. **GLAUCION fæmina**, *Fn.* 123? Danis *Kreffop*, Cimbris *Dykker*. Alarum remiges secundariæ 6. distinctæ albæ; ad sinum oris puncta nonnulla exalbida. Convenit cum descriptione anatis *Glaucii Bellonii* apud *Willughb. ornith.* p. 281.

90. FULIGULA, *Fn.* 132. Norvegis Trolld-And.

91. LATIROSTRA rostro ampliato, corpore supra nigro, linea alari alba; pectore & abdomine albis, hypocondriis ferrugineis. E *Christiansöe*.  
*Descr.* Rostro lato ampliato; capite, collo thoraceque ex spadiceo fusca, caput ad basin rostri pallide flavescens; dorsum, alae & cauda nigra; remiges secundariæ albæ apice nigræ, hinc linea alaris alba; pectus & abdomen alba postice cinerea; tectrices hypocondriorum ferrugineæ.

NIGRA, *Fn.* 110. *Ström. sondm.* p. 230. Norvegis Svart-And.

STREPERA, *Fn.* 121. Cimbris Knarre, Gaas.

CLYPEATA, *Fn.* 119. Danis Krop-And. Norvegis Stof-And, Cimbris Leffel-And, nobis visum exemplar R. Dno. *Tyrbolm* e *Norvegia* missum.

## Mergus.

92. MERGANSER, Islandis Skior-And. *Willughb.*  
*orn.* p. 253. *Marsigl. Danub.* t. 37. *Briffon.*  
*orn.* *Gen.* CV. *sp.* 1. *tab.* 22. *mas.* Caput & colli superior pars ex nigro viridis, pennæ capitinis solito longiores & tumidæ, cristam tamen non formantes, reliqua pars colli, pectus & ab-



domen alba; dorsum antice nigrum, postice ut & regio uropygii cinerascentia, nigro tenuissime undulata; cauda cinerea, rectricum scapis nigricantibus; remiges primariæ nigræ, secundariæ ut & posticæ nonnullæ albæ, quibusdam nigro marginatis, reliquæ nigræ; teætrices alarum albæ, exceptis paucis ad basin alæ cinereis, & intermediis majoribus versus earum basin nigricantibus. Magnitudo fere anseris. Ex *Islandia*.

93. RUBRICAPILLA. Danis Skallestuger. Caput & colli pars suprema sordide rufa, pennis capitis solito longioribus, cristam tamen non formantibus, dorsum colli ex viridi sericeo hinc & inde splendens, gula albo nigroque varia, infima pars colli alba, hanc albedinem a rufo colore colli supremi distinguit angusta nigredo. Pectus & abdomen alba; dorsum, uropygium & cauda cinerea. Remiges primariæ nigræ, secundariarum nonnullæ nigræ, intus & apicem versus albidae, aliæ albæ, interiores longiores & canescentes; Alarum teætrices cinereæ, majoribus intermediis apice candidis. Rectrices cinereæ scapo nigricante. Rostrum viridescens, pedes & digiti colore aurantio tinti, membrana natatoria coloris

coloris plumbei. Magnitudo præcedentis. *Will.*  
*orn.* 253. Merganser fœmina. *Brisson. ornith.*  
*CV. I. fœmina.* Captus circa *Hafniam* & vi-  
vus descriptus.

94. **CRISTATUS mas**, *Brisson. ornith.* **CV. 2.** Mer-  
ganser cristatus mas; *Linn. Fn. 135.* Mergus mer-  
ganser mas; Danis Top-And, Skrælle; Nor-  
vegis Mort-And, Spil-And, Fisk-And,  
quæ nomina quoque aliis tribuuntur hujus gene-  
ris speciebus. Præcedenti minor, crista depen-  
dente longa; dorsum postice cinerascens nigro  
tenuissime undulatum, pectus testaceum nigro  
maculatum, tectrices alarum in basi alæ cinereo  
fuscæ, has excipit macula magna candida per  
duas lineas nigras trifariam divisa. Descriptio  
*Brissonii* optime convenit. E *Christiansöe.*

95. **CRISTATUS fœmina**. *Brisson. orn.* **CV. 2.** Mer-  
ganser cristatus fœmina; *Linn. fn. 135.* fœmi-  
na; Præcedenti similis, exceptis iis differentiis,  
quas l. c. indicat *Brissonius*. Nomina danica  
huic cum præcedenti sunt communia. E *Chri-  
stiansöe.*

96. **SERRATUS**, *Fn. 136.* *Brisson. orn.* **CV. 7.** Ver-  
tex capitis & crista fusca, latera capitis & colli



reliqua pars cinerea, pectus & abdomen alba;  
dorsum, uropygium, alæ & cauda cinereo fusca  
absque undulis; macula alaris alba in duas per  
lineam nigrā divisa; tectrices alarum nigræ,  
exceptis illis, quæ immediate remiges secunda-  
rias tegunt, basi nigris, apice albis; remiges  
primores nigræ, secundariæ nonnullæ a basi ad  
medium niveæ, reliqua parte alba; corpori vici-  
niores cinereæ v. fuscæ. Danis Sise = And.  
E Christiansöe.

97. ALBELLUS, Fn. 137. *Brisson, orn. CV. 3. mas;*  
Ad sinum oris macula nigra. E Cimbria, ubi  
Hvid-Side dicitur.

98. - - - Differt tantum a præcedentì vertice &  
occipite rufo, fronte alba, macula nigra ad  
sinum oris magis notabili. Captus circa Hafni-  
am. An *M. Minutus*?

99. GLACIALIS, Danis Søe = Stierne. Capite rufo,  
gula alba, collum & dorsum cinerea, pectus &  
abdomen alba, alæ nigræ macula alari magna al-  
ba, dein macula nigra per lineam albam divisa,  
& linea alia alba terminata; Abdominis latera  
antica non undulata, ut sunt in *M. albello*, cui  
magnitudine est æqualis. *Mergus glacialis Gesn.*

Wil.

Willughb. orn. p. 254. An fœmina *Albelli*  
apud Brisson. descripta. E Christiansöe.

## Alca.

100. TORDA, Fn. 139. Norvegis Klub-Alke, Klumppe, Islandis Aulka, Klumbr, Klumburnevia, Klumbenefta; Grönlandis Awarfuf; Danis Alke. Ex *Islandia*, *Grönlandia* & *Norvegia*.
101. BALTHICA præcedenti simillima, sed subtus tota a rostro ad caudam candida; linea a rostro ad oculos nulla. Pontopp. atl. Tom. I. t. 36. E *Christiansöe* ibique Mule dicta.
102. UNISULCATA, similis *Tordæ* sed rostro minus lato, magis protracto, & unisulcato. Ström. söndm. p. 219. Ex *Islandia* & *Norvegia*, occisa quoque circa *Hafniam*.
103. ARCTICA, Fn. 141. Islandis & Norvegis Lunde, quibusdam Islandæ Papegøne, hujus pulli Lund-Zoller. Habitat in *Islandia* & *Norvegia*.
104. DELETA, similis proxime præcedenti sed rostrum unisulcatum, Mæhr. av. - - - Ex *Islandia*; plures hujus speciei exuvias sub examen revo- cavimus.



105. IMPENNIS, Fn. 140. Islandis Gyr - v. Genus  
Fugl, Norvegis Ficert, Anglemaage, Pengvin,  
Grille-fugl. Ex *Islandia & Norvegia*.

106. ALLE, Fn. 142. Grönlandis Alpaliarsok, Islandis Halkison v. Havdirdell, Norvegis Søelunge, Jakob, Søren Jakob, Verdriller, Verdykler, Persuper, Boefær, Borrefær, Hys Thomas interdum Troldfugl, Feroensibus Fullop, Martensio Nottet.

*Descr.* Rostro brevi, crasso, conico, convexo, vix sulcato, naribus ovatis, pars avis supina nigra, puncto supra oculos albo. Collum subtus ex albo nigroque undulatum; alba sunt gula & latera capitis infra oculos, pectus, abdomen, cauda subtus, linea alarum transversa ut & lineolæ aliquot longitudinales supra dorsum; pedes flavescentes. Magnitudo *Sturni vulgaris*. *Gunn. midros.* I. 261. t. 6. *Martens. spitzb.* 61. t. M. c. *Brisson. ornith.* XCII. 2. *fæmina*. Ex *Islandia & Norvegia*, occisa etiam in *Cimbria*.

107. CANDIDA, alba tota, ceterum quoad magnitudinem & omnia, solo colore excepto, *Alcæ alle simillima*. E *Groenlandia*.

An Varietas præcedentis?

URIA.

## Uria.

*Character generis:* Rostrum oblongum, compressum, subulatum. Pedes tridactyli, pone æquilibrium.

108. LOMVIA, *Linn. syst.* Alca lomvia, *Willugbb.*

t. 65. Islandis & Norvegis Lomvie, Langgivie, Lomvifvie & per excellentiam Storfugl. Magnitudo cornicis; caput, collum, alæ supra, dorsum, remiges & rectrices nigræ; alba sunt pectus, abdomen totum etiam lateribus, ut & apices remigum secundiarum; a cantho oculi exteriori in latera colli sutura decurrit capiti concolor. E *Christiansöe & Islandia.*

109. TROILLE, *Fn. 149.* Islandis Stutnesfur. Lomviæ in omnibus simillima, excepto rostro latiori & breviori, cuius margines, etiam in exsiccatis exuviis, flavescent.

110. SVARBAG, Islandis Svartbakur. Differt a præcedenti tantum quod a gula ad caudam, ut & in lateribus capitum, sit alba, linea nigra ab oculis per latera capitum alba ducitur. Rectrices apice albæ.



111. RINGVIA, Islandis Ringvia. Præcedenti similis, sed linea a cantho oculi exteriori per latera capitis nigricantia decurrit alba.

112. ALGA, Danis Alge. Præcedenti simillima, exceptis rectricibus totis nigris.

Quomodo hæ aves differant, vel sexu, vel ætate v. specie nondum constat,

113. GRYLLE, Fn. 148. Brisson. orn. XCII. 3. Islandis Teista, Groenlandis Sarvak, Norvegiæ Teiste. Ex Islandia, Groenlandia & Norvegia.

114. GRYLLOIDES, Linn syst. Alca grylle. Abdomine ex albo & nigro vario, ceterum cum præcedenti n. 113. simillima. Pullus primi anni Gunn. nidros. I. p. 268.

115. BALTHICA, Ström. sñdm. p. 258. Præcedentibus duabus magnitudine & statura æqvalis; dorsum nigrum marginibus quarundam pennarum albis; cauda alæque nigræ, macula alaris alba ut in antecedentibus; caput, collum & pectus alba, nigro tenuissime maculata; abdomen niveum. E Christiansöe, incolis Sildeperris dicta.

116. - - - Præcedenti simillima, excepta macula alari alba, quæ in hac nigro est maculata;

Brisson.

*Briffon. orn. XCI. 4.* E *Christiansöe*, incolis *Gildeperris* cum præcedenti n. 115. dicta. Illam marem, hanc fœminam esse perhibent.

## Procellaria.

117. PELAGICA, *Fn. 143.* Norvegis *Søren-Peder*, *St. Peders-Fugl*, *Vestenvinds-Are v. Øre*, *Sondenvinds-Fugl*, *Uvenrs-Fugl*, nonnullis *Hare*, Feroensibus *Strunkvit*. Avis fætidæ; per anum & os trahitur ellychnium, quod accensum alitur pinguedine corporis, & loco candelæ Feroensibus inservit. E *Feroa*.
118. GLACIALIS, *Fn. 144.* *Gunner. nidros.* I. pag. 182-202. tab. I. Nautis *Hav-Hest*, *Mallemoske* v. *Mallemuks*. Alia videtur esse Andersonii Island. 173. sub nomine *Larus marinus maximus ex albo nigro & fusco varius*, *Groenlandicus*; descriptio enim ibi data magis competit *Procellariæ capensi*, quæ in museo quoque servatur, sed inter aves boreales haud numeranda.
119. PUFFINUS, corpore supra nigro, infra albo. *Will. orn. 251.* *L. Deb. færoa ed. angl.* p. 144. Barthol. act. med. hafn. I. 92. Ström. söndm. I. pag.



pag. 243. *Brisson. orn. Gen. XCIX.* Puffinus.  
Feroensibus Skrabe. Norvegis Skraap, pullus,  
cujus varietates forte sunt *Brissonii puffinus* 1 &  
2. Feroensibus Lieren dicitur.

*Descr.* Rostrum subcylindricum, e pluribus os-  
siculis quasi compositum, apex mandibulæ supe-  
rioris unguiculatus, aduncus; apex mandibulæ  
inferioris compressus decurvatus. Pars avis su-  
pina tota nigra, prona pars capitis, colli, caudæ,  
pectus abdomen etiam sub alis alba. Alæ com-  
plicatæ caudam æquant, remiges omnes nigræ  
margine intus pallido. Cauda subæqualis rectri-  
ces intermediæ reliquis vix longiores, omnes  
nigræ immaculatæ. E *Feroa & Norvegia*.

Avis pelagica, ideoque nota tantum Norvegiæ  
piscatoribus, qui *Stor-Eggen* frequentant: Referunt  
illi nonnullas macula caudali alba in primis esse no-  
tables. *Ström. söndm. I. p. 243.*

## Pelecanus.

120. CARBO, *Fn. 145.* Capite lævi, rectricibus 14.  
Norvegis Skarv, Strand-Ravn. E *Chi-  
ristiansöe, Norvegia & Islandia*.

*Acari* datur species, autoribus ignota, quæ *Carbo-*  
*nem* valde infestat, estque pediculus, cuius mentio-  
nem fecit *Willughbejus orn. pag. 248.*

121. GRACULUS, *Fn.* 146. *Brisson.* orn. CXI. 2.

Capite laevi rectricibus 12. Danis Halefrage,  
Norvegis Skarv, Fisseren, Islandis Sma  
Skarsur. E *Christiansöe, Norv. & Islandia,*

122. PHALACROCORAX, *Brisson.* CXI. 1. *Ström.*

*föndm.* 250. Norvegis Hetlaar, Hviidlaaring,  
Blif-Skarv; Feroensibus Hespling, Student.  
Præcedentibus major, niger violaceo undulatus,  
gula alba; in lateribus abdominis ante femora  
pennæ aliquot longiores niveæ. E *Norvegia*  
*Islandia & Christiansöe.*

123. CRISTATUS, *Ström.* *föndm.* 250. Norvegis Top-

Skarv. E viridi cupreus vel niger; capitis  
pennæ aliquot longiores cristam formantes.  
Rectrices 12. Ex *Islandia & Norvegia.*

124. BASSANUS, *Fn.* 147. Nautis *Jan van Gent*, alias

Gule, Hav-Gule, Lossefugl?

Catha-

*Diomedea exulantis ad Norvegiam*, ut fertur, occisi, ea-  
put & pedes monstrantur Hafniæ in musæo R. Dni.  
*Volquartz.* Ob similitudem Diomedæ cum Procellaria  
glaciali nonnullis Mallemukæ dicitur.



## Catharacta.

*Charact. gen.* Rostrum rectum, subcylindricum, apice aduncum, cera instructum. Pedes tetradactyli, postico soluto. Lingua canaliculata, apice bifido.

*Descr. gen.* ROSTRUM breve, postice rectum subcylindricum. *Mandibula superior* convexa, apice gibboſo adunco; a basi usque ad partem aduncam cera instructum. *Nares* ad margines mandibulæ in exortu partis aduncæ lineares, magna ex parte cera tecti. *Mandibula inferior* compressior, infra apicem obsolete angulata. *Lingua* canaliculata, subtus plana, marginibus erectis angulata, apice membranaceo bifido.

PEDES tetradactyli, tribus anticis palmatis, postico soluto, exiguo. *Ungues* validi, adunci, compressi, acuti; *Unguis* digitii medii a latere interiori margine prominet acuto. *Genua extra* abdomen, nuda.

ALÆ pro mole corporis magnæ.

*Linn. syst. Gen.* LX. *Larus*, *Briffon. orn. Gen.* CI. *Stercorarius*, *Mæbring. Av. Gen.* LXXI. *Buphagus.*

125. SKUA, corpore supra e fusco luteoque longitudinaliter maculato; macula alari alba; abdomine pallide lutescente, immaculato; cauda subæquali.

*Willughb. orn. 265.* Catharractes noster, *Gannet* ut puto Cornubiensium. tab. 67. Skua Höyeri. *Ray. syn. av. 128.* *Clus. exot. auctar. 369.* Skua Hoyeri. *Sibbald. scot. P. 2. l. 3. p. 20. t. 14. 2.* Catharaætes nostras. *Mæbring. av. Gen. LXXI.* Buphagus. *L. Debes Fær. edit. angl. p. 142.* Skue. *Tbo. Barthol. aet. med. bafn. I. p. 91.* Skue. *Pontoppid. norveg. II. p. 157.* Skue. *Ström. jöndm. I. p. 238.* Kav-Drn?

Feroensibus Skue. Islandis Skumr. Norvegis Kav-Drn?

*Descr.* Magnitudo fere anseris. Caput, col-  
lum, dorsum & uropygium fusco luteoque  
longitudinaliter maculata; in dorso maculæ non-  
nullæ albicantes; Alæ cauda paulo longiores,  
remiges omnes nigræ, a basi ad medium albæ,  
quæ

Phaëtonem demersum *Linnæi* in Genus Catharractis  
mutavit *Brissonius*; quoniam autem veterum *Cathar-  
ractes* eadem est cum nostra ave, nomen illud huic  
generi indere, optimum putavi.

quæ albedo in 5 primoribus ultra tectrices prominet, & maculam alarem albam format; tectrices alarum fuscæ, anteriores immaculatæ, reliquæ margine maculisque lutescentibus versus apicem, notatæ; tectrices alas subtus tegentes fuscæ, immaculatæ; ala notha interior s. spuria fusca. Cauda rotundata, rectrices 12. fuscæ, basi albæ, duæ intermediæ paulo longiores, omnes apice rotundatæ, margine vix cinerascente; tectrices caudæ superiores fuscæ marginibus rufescensibus; pectus & abdomen usque ad caudam, & caudæ tectrices subtus e rufo cinerea. Ungues digitorum 3. anticornutum validissimi, & magis quam in sequentibus hujus generis speciebus adunci. Digitus posticus absque membranula, brevissimus, ungue valido minus adunco munitus. Membrana natatoria supra infraque papillis scabris & innumeris referta. E Feroa & Islandia.

Forsitan avis nostra cuidam insularum Færoensium nomen *Skuöe* dedit. In defendendis ovis pullisque valde strenua, nam in transeuntium capita, involat aliquaque suis eos ferit; hinc incolæ, quibus ferocitas avis hujus nota est, cultrum erecta acie capiti imponunt, quo sape transfigitur avis: L. Debes. Skuam inter-

interdum anates gallinasque, etiam agniculos præda-  
ri, mihi communicavit Chirurgus Færoensis Dnus.  
*Schröter*; idem testatur S. V. *Pontoppidan* in hist. nor-  
veg. II. p. 157. quod a Sibbaldo quoque refertur  
l. c. „Rapax, inquit, avis, querquedulas similesque  
„aves minores devorat. Conferantur ea, quæ Wil-  
lughbejus de ave hac narrat l. c. Ob colorem ejus  
bæticum s. fuscum rufumque aquilam, si pedes non  
obstarent palmati, mentiretur; hinc puto eandem  
esse cum ave pelagica, Norvegis Ravn. Órn dicta; nec  
repugnant, quæ R. Dn. *Ström* l. c. de hac affert:  
“Avis, inquit, pelagica satis magna, sed minus  
„nota; describitur a piscatoribus, qui Stor-Eggen  
„frequentant, magnitudine fere anseris, brevior li-  
„cet & crassior, collo quoque breviori; corpore  
„spadiceo, aquilini instar vario. Nomen Ravn. Órn,  
„quia frequenter urinatur, quod Norvegis favo di-  
citur, fortita est.“ *Clusii Exotica* nunquam mihi vi-  
sa, ideoque autoptis hujus libri, ibi tradita adden-  
da relinquo. *Linnæo*, *Briffonio* & *Mæhringio* hæc &  
sequens §. 126. nunquam visæ sunt, *Mæhringius* ta-  
men ex aliorum verbis figurisque suum condidit ge-  
nus buphagi; *Linnæus* & *Briffonius* aliam sed ejus-  
dem generis avem, nempe *C. parasiticam* suo in loco  
descripsérunt, hic sub novo genere *Stercorarii*, ille  
sub genere Lari. Ex descriptione avis nostræ patet  
quoque falsas esse citationes *Briffonii*, qui Skuam  
Hoyeri excitat sub Genere Lari, specie 5, & ambas



has aves, licet diversas, confundit cum tertia Mallemucke s. Procellaria glaciali, antea vero sub specie 4. excitavit Catharractam Willughbeji, licet eadem sit cum Skua, eamque confundit cum Catharracta Aldrovandi proxime sequente §. 126.


**126. CEPHUS,** Capite colloque luteis fusco longitudinaliter maculatis; reliquum corpus ex luteo fuscoque undulatum, abdomine pallidiore, macula alari alba, cauda subæquali.

Cimbris Strand-Høg o: accipiter littoralis.

Avis hæc multa habet communia cum Catharracta Aldrovandi, me judice tamen ei quoque quadrat descriptio Cepphi Aldrovandi, imo figura posterioris magis cum nostra convenit, hinc incertus hæreo, utrum sit Catharracta an Cephus?

*Descr.* Magnitudo Parasiticæ, adeoque prædenti, cui simillimus, multo minor; Caput & collum lutea, fusco longitudinaliter maculata. Reliquum corpus luteo, fuscoque undulatum, abdomine magis pallido. Dorsum alæque fusca, pennis omnibus apice testaceis vel albidis etiam sub alis. Alæ cauda paulo longiores, remiges nigræ, primores 5 a basi ad medium albæ, hinc macula alaris alba; tectrices alarum fuscae, luteo terminatæ. Ala notha fusca, singula penna apice & duabus paribus macularum albidarum

nota-



P. Brünnich ad nat: delin:

Quist sc:

CHAMBERLAIN

notatur. Hypochondriæ ex albo nigroque fasciatæ; colli prona pars, pectus & abdomen cinea-  
rea, marginibus fasciisque pennarum pallide te-  
staceis. Cauda rotundata, rectrices nigræ basi  
albæ, summo apice testaceo, duæ intermediæ paulo  
longiores, acutiores, rectrices caudæ subtus nigræ;  
testaceo maculatæ. Ungues pedum minus adun-  
ci in hac quam in præcedenti specie, sed validi  
& acuti.

Occisa in *Cimbria* ad littus maris germanici, pro-  
pe prædium *Lönborregaard*, inde missa per amicum  
*Dn. Christianum Hansen*, S. S. Minist. Candidat., qui  
aveui hanc, inde a tempore *Aldrovandi* ignotam,  
ornithologis dedit novam, describendam. Eam for-  
ma minori monstrat tabula ænea; magnitudo natu-  
ralis patet ex capite & pede seorsim delineatis. Lin-  
guam simul delineari curavi, quoniam in omnibus  
speciebus eadem facies & figura, magnitudine tan-  
tuim diversa.

127. PARASITICA, supra nigra, collo pectori & ab-  
domine albis; rectricibus duabus intermediis  
longissimis.

*Fn. 156.* Larus parasiticus. Norvegis Knusva  
v. Thufva, Jon-Tiufva, Jo-Thv, Kive,  
Kivjo, quibusdam Strundjager. Feroensibus  
Truen.

E *Norvegia* & *Grönlandia*.



128. **COPROTHERES**, corpore toto fusco, rectricibus duabus intermediis longioribus.

*Ström. föndm. I. 239.* Ex *Islandia & Norvegia.*

Magnitudo & facies omnino præcedentis, corpore toto fusco, unicolori. An a præcedenti sexu vel specie diversa? A quibusdam hæc pro fæmina, illa §. 127. pro mare habetur.

## Colymbus.

\* Pedibus palmatis.

129. **IMMER**, corpore supra nigricante albo maculato, subtus albo toto. *Gunn. nidros. I. p. 246. t. 3.*

*Pontopp. norv. II. p. 104. Ström. föndm. I.*

236. *Olig. Jacob. mus. t. 2. 22?* *Worm. mus. 303?* *Will. orn. 258?* Feroensibus *Ildbrimet*, Islandis *Himbrime*, Norvegis *Havdimmer*, v. *Imber*, *Lom-Imber*, *Embergaaas*, *Dimmer*, *Morteferje*.

*Descr.* Ansere major, supra totus obscure nigricans, marginibus pennarum pallidis v. albis, subtus totus albus. *E Færoa.*

Euin cum alio autoribus hodiernis æque ignoto, postea sub nomine *Colymbus torquatus* describendo, nec non cum proxime sequente §. 130. confundunt *Jacobæus*, *Wormius* & *Willughbejus*.

130. STELLATUS, corpore supra nigricante maculis stellatis albis innumeris, subtus albo.

*Will. orn. tab. 62. Colymb. max. stellatus.  
Danis Sæhane.*

Magnitudine anatis majoris, ideoque præcedenti multum crassitie cedit.

*Descr.* Supra totus nigricans, maculis stellatis albis innumeris sparitus; subtus totus albus, excepto collo paululum cinerascente. *E Christiansöe & Sielandia.*

131. BOREALIS, corpore supra nigricante, maculis stellatis albis innumeris, subtus albo; collum antice rufo vix maculatum. *Danis Hæv-Gasse.*

*Descr.* Præcedenti colore, magnitudine & statura similis, sed in parte colli prona pennæ aliquot ferrugineæ. *Occisus circa Hafniam.*

132. LUMME, corpore supra nigricante, subtus albo, collo antice ferrugineo.

C 4

*Descr.*

Colymbis 129 - 132. mandibula superior recta, colymbis

133 & 134. mandibula superior versus apicem parum inclinata. Omnes 129 - 134. fascia juxta anum gaudent nigra.



*Gunn. nidros.* I. p. 245. t. 2. f. 2. *Ström.*  
*jöndm.* I. 243. *Brisson. orn.* XCVII. 3. Islandis & Norvegis *Loom* v. *Lumme*, Danis *Lomm*.

*Descr.* Magnitudine præcedentis. Caput & latera colli grisea, antica pars colli macula oblonga rufa notatur; dorsum colli & latera pectoris lineis longitudinalibus albis nigrisque alternantibus pingitur; pectus & abdomen alba, dorsum fuscum immaculatum. Ex *Islandia*, *Norvegia* & *Grönlandia*, occisus quoque circa *Hafniam*.

133. *ARCTICUS*, capite & collo cinereis, gutture nigro-violaceo, dorso nigro maculis quadrangularibus albis.

*Fn.* 150. *Gunn. nidros.* p. 240. t. 2. f. 1.  
*Willughb. orn.* t. 62. *Brisson. orn.* XCVII. 4.  
 Islandis *Himber*, *Himbrime*.

*Descr.* Caput & colli supina pars cinerea, prona pars inde a jugulo e violaceo nigra, certo situ e viridi splendente; latera colli pectorisque lineis longitudinalibus albis nigrisque alternantibus picta; in gutture tænia transverfa e lineis albis nigrisque alternantibus formata; dorsum nigrum maculis quadrangularibus albis pictum, pectus & abdomen alba. E *Norvegia*, *Islandia* & *Feroa*.

134. TORQUATUS, Capite colloque nigro-virescentibus, medium colli torque ex albo nigroque variofere cinctum; dorso nigro maculis quadrangularibus albis. *Briffon, orn. Gen. XCVII.*  
*sp. 6.* Norvegis Brusen, Grönlandis Tiulif.

*Descr.* Caput collumque nigro-virescentia, medium colli occupat torques latus, e lineis albis nigrisque alternantibus variegatus; in dorso colli latissimus, sub collo apicibus non coeuntibus; supra hunc in gutture tænia similiter colorata, sed angustior & minor. Pectus & abdomen alba, latera pectoris e lineis nigris albisque alternis varia; dorsum alæ & cauda nigra punctis maculisque quadrangularibus, in scapulis majoribus picta. Ex *Islandia*, *Grönlandia* & *Norvegia*.

\*\* Pedibus lobatis.

135. CRISTATUS, *Fn. 151.* Danis Tøpped og Halskraved Dykker, Tøpped Havskicere. Captus circa *Hafniam*.

136. AURITUS, *Fn. 152. mas.* Norvegis Sav-Orre, Søe-Orre. Bornholmis Søehøne. Islandis Flauestkitt. E *Christiansöe* & *Islandia*.

137. - - - *Fn. 152. fæmina.* E *Christiansöe*.



138. AURITUS, Fn. 152. alia. E Christiansöe.

139. - - - *Varietas*, a præcedentibus differt capite supra nigro lævi, linea angusta ab oculis ad collum alba; lateribus capitis & gula albis, lineis sinuosis nigris varie maculatis. E Christiansöe.

## Larus.

\* Digito postico nullo.

140. RISSA, albus dorso cano, rectricibus albis totis. Islandis Rissa, incolis Christiansöe Lille-Solvet, Røtteren.

*Descr.* Statura & colore *L. cani*, exceptis solis remigibus, harum 5 primores extremitatibus nigris, 3. & 4. summis apicibus albis, ast extima margine interiori toto nigro. Loco quarti digiti gibbositas exigua. Rostrum flavum. Ex *Islandia* & *Christiansöe*, occisus quoque circa *Hafniam*.

„ Norvegis Krykkie dicitur larus magnitudine columbæ, rostro flavo, capite, dorso alisque canis, „ colore capitis saturatiore; fronte, genis, alis subtus, pectore, abdomine, cauda & antica collo partite nivea; angulis oris palpebrisque rubris; Remingum 5 primores extremitate nigræ, extima marginæ ne etiam nigro, duæ ultimæ (extimæ?) apicibus „ albis;

„ albis; pedes nigri latini. Apud scriptores systematicos non occurrit, ceterum multis convenit cum L. cano *Linnæi: Ström. sòndm. I. p. 241.* sq. De numero digitorum non loquitur R. Autor; si igitur est tridactylus, idem foret cum nostro *Rissa*, cui descriptio optime convenit.

\*\* Digito postico.

141. CANUS, *Fn. 153.* Ex *Islandia*.

142. FUSCUS, *Fn. 154.* Islandis *Bendebjalla*. Danis *Gildemaage*. Ex *Islandia & Christiansöe*.

143. - - - *varietas*, præcedenti similis, sed remigum prima extremitate alba, nigro maculata. E *Christiansöe*.

144. - - - *pullus*, *Fn. 154.* Islandis *Gramafur*, Feroensibus *Skure*, Norvegis *Søe - Unge*.

145. MARINUS, *Fn. 155.* Danis *Glaae - Maage*. Norvegis *Svartbag*, *Havmaase*.

*Descr.* Albus, dorso alisque nigris, remigibus omnibus nigris; 5 primores apice detritæ, vix pallide albicantes, primus ante apicem macula

alba

Lari nomen genericum Danis *Maage*, Norvegis *Maase*, Islandis *Maufr.*



alba notatur, reliquæ remiges omnes apicibus albis; rostro flavo, mandibula inferior versus apicem tintura crocea. Magnitudine *L. fuscum* superat. Ex *Islandia*.

**146.** *MACULATUS*, rostri apice nigro; totus ex albo cinereoque maculatus; remiges extimæ totæ nigrae; rectrices a basi ad medium albæ, in altera medietate nigrae apicibus albis, excepta laterali tota alba: Magnitudine *L. cani*, Habitat circa *Hafniam*. An pullus?

**147.** - - - *varietas*, præcedenti similis sed paulo major; rostro nigro toto, nec huic rectrices laterales albæ.

**148.** *GLAUCUS*, totus albus dorso & alis canis, remigum extremitates albæ.

Magnitudine *fuscum* superat. Rostrum flavum angulo croceo. Ex *Islandia*.

An Martensi Burgemeister, spitzb. p. 60. t. L. c. non obstat, quod eum ut tridactylum descripsit, id enim etiam de Catharaæta Parasitica falso affirmat.

**149.** *ARGENTATUS*, albus dorso alisque canis, remigibus primoribus versus apicem nigris.

*Brisson.*

*Briffon.* CII. 10. t. 16. f. 2. *Larus Gavia ci-*  
*nerea major.*

*Descr.* Albus capite colloque lineis cinereis ma-  
culatis; dorsum & alæ canæ; remiges primores  
a basi ad medium canescentes, reliqua medietate  
nigra, extremitate alba; rostro flavo, angulo  
croceo. Magnitudine *L. fuscus*. Ex *Christiansöe*.

150. **VARIUS**, ex albo fuscoque maculatus; remigibus  
primoribus nigris; cauda ex albo nigroque ma-  
culata.

*Briffon. orn.* CII. 5. t. 15. *Larus varius* f. *Skua*.

Danis Graae = Maage, Islandis Kablabrinkar.

*Descr.* Magnitudine *L. fuscus*, ex albo fuscoque  
varie maculatus; remiges primores nigræ, api-  
cibus albis, exceptis anticis tribus apicibus vix  
pallidioribus; cauda ex albo nigroque maculata,  
maculis majoribus nigris; rectrices omnes mar-  
ginibus & apice albæ. Ex *Islandia* & *Christiansöe*.

## Sterna.

151. **HIRUNDO**, fronte alba, Fn. 158. Islandis *Kria*,  
Norvegis *Tenne*, *Tende*, *Tendeløber*, *Sand-*  
*Tolle*, *Sand-Tærne*, Danis *Tærne*, Born-  
holmis *Kirre*, *Krop-Kirre*.

Ex



Ex *Islandia*, *Christiansöe* & *Siælandia*, ha-  
bitat quoque in *Norvegia*.

152. PARADISEA, rectrice extima ala complicata mul-  
to longiore, fronte cum reliqua parte capitis  
nigra.

Bornholmis Hætting. Tærne. An varietas præ-  
cedentis, sexu v, ætate diversa. E *Christiansöe*.

153. NIGRA, Fn. 159. Siælandis Glitter. E Siæ-  
landia.

## Platelea.

LEUCORODIA, Fn. 160. Danis Skuffel. Ad insulas Fero-  
enses frequens, unde Wormius integrum sibi afferri cu-  
ravit. Worm. mus. pag. 310.

## Ardea.

154. CICONIA, Fn. 162. Danis Storf, habitat in  
*Siælandia* & *Cimbria*.

NIGRA, Fn. 163. rarioꝝ est, in Siælandia tamen visa.

155. STELLARIS, Fn. 164. Danis Rørdrum. E Siæ-  
landia.

Rostro in alis occulto bubit, quod sæpius observa-  
vit quidam Hafniæ civis, stellarem per longum tem-  
pus domi alens.

156. CINEREA, *Fn.* 165. Siælandis Norvegisque  
Henre v. Hegre, Cimbris Skid-  
Henre, Skred-  
Henre, Norvegis etiam Reyger. E Siælan-  
dia & Norvegia.

GRUS, *Fn.* 161. Danis Trane. Habitat in Cimbria &  
Lollandia.

## Scolopax.

157. TOTANUS, *Fn.* 167. Danis Rosbeene. Norve-  
gis Lare-  
Tite, Lare-  
Titring. E Siælan-  
dia & Norvegia.

158. ARQUATA, *Fn.* 168. Danis Heel-Spove, Regn-  
Spaaer, Regn-  
Spove. Magnitudine gallinæ.  
E Norvegia & Islandia.

159.

*Scolopaces & Tringæ* communi nomine Danis Sneppe, Nor-  
vegiſ quibusdam & Islandis Snipa dicuntur. Quæ la-  
cūs frequentant, Myr-Snepper audiunt; aliæ Skov-  
Snepper in sylvis degentes; aliæ Strand-Snepper in  
littoribus obviæ. Venatoribus nonnullæ Bekfasine ap-  
pellantur, quarum tres numerantur differentiæ, sc.  
maximæ treedobbelte Bekfasiner, mediæ, dobbelte Bekfa-  
siner; minimæ; enkelte Bekfasiner. Nomiini huic pe-  
grino, e gallico *heccasean* orto, respondent Cimbro-  
rum Tasle & Grettte.



159. PHÆOPUS, *Fn.* 169. Danis Mæsem: Spove.  
Norvegis etiam Smæae: Spue. Magnitudine  
columbae. E *Cimbria*.

160. GALLINAGO, *Fn.* 173. Islandis Myr: Snippe,  
Danis dobbelt Sneppe, Steen: Sneppe. Cim-  
bris quibusdam Hossegjøg. Norvegis Trold-  
Rufe. Ex *Islandia*, *Cimbria* & *Siælandia*.

161. - - - lineis frontis fuscis ternis, rectrici-  
bus lateralibus albis.

*Lefcr.* Præcedenti paulo minor, coloribus ma-  
gis saturatis, linea verticali unica lata nigra, col-  
lum & dorsum testacea maculis sinuosis nigris,  
pectus, sternum & abdomen alba, maculis trans-  
versis fuscis sinuosis varia, abdominis medietate  
vix maculata; alæ nigræ maculis testaceis & can-  
didis variegatae, remigum prima a latere anterio-  
re margine vix albicante; remiges primariæ ni-  
græ immaculatae, secundariæ e cinereo nigri-  
cantes apicibus albis, posticæ testaceæ, tæniis  
nigris interruptæ; pennæ scapulares margine ex-  
teriori longitudinaliter testaceo. Rectrices 16.  
laterales 4. albæ, basi infima nigra; 5. & 6 ferru-  
gineæ apicibus albis; intermediæ 4. maxima  
ex parte nigræ, ferrugineo interruptæ, ante api-  
cem

cem macula magna ferruginea, angusta nigredine terminata, apice vix albido.

Hanc & proxime præcedentem §. 161, marem & fœminam esse observavit Dnus de Teilmund.

162. GALLINAGO, *varietas*, differt a descriptione *Fn. Sv.* tantum remige prima, quæ a latere anteriori huic non est alba, sed nigra cum reliquo pennæ. E *Christiansöe*.

163. MINIMA, Brisson. orn. LXXVII. 3. tab. 26. f. 2. Danis Rør-Sneppe. Magnitudine alaudæ; fascia verticali nigra unica, linea utrinque nigra a rostro per oculos ducta; hinc tænia capitis longitudinalis duplex fulva. E *Christiansöe*.

164. RUSTICOLA, *Fn. 170.* Norvegis Blom-Røkke, Rutte, quibusdam Krog-Qvist. E *Christiansöe*.

165. LAPPONICA, *Fn. 174.* Cimbris Kobberhøne. E *Cimbriæ* prædiis Lønborggaard & Endrupholm.

166. - - - *varietas* pectori vix ferrugineo. E *Christiansöe*.

167. FALCINELLUS, rostro depresso apicibus decurvatis, corpore fusco lituris luteis; rectricibus cinnereis apice albis, intermediis nigris immaculatis.

D

Pon-



*Pontopp. atl. dan. I. t. 26. fig. 4.* Siælandis Ryle,  
Domneppæ.

*Descr.* Rostro infra nares depresso, planiusculo apicibus decurvatis, caput, collum, dorsumque fusca lituris luteis, alæ cinereæ, remiges primores nigricantes, tectrices harum apicibus albis, secundariæ cinereæ, a latere exteriori versus apicem ad rachin usque incisæ; posticæ longiores margine ferrugineo; apicibus albis, intermediae nigræ immaculatæ; tectrices caudæ superiores ex albo nigroque variæ. E Siælandia.

Ob rostrum, capite multo longius, eum interscolopaces descripsi.

GLOTTIS, Fn. 171. Norvegis Høst, Fugl, Ström. söndm. I.  
P. 235.

## Tringa.

168. 169. PUGNAX, mas & fæmina, Fn. 173. Danis  
Bruushane. Ex *Islandia*, *Siælandia* & *Cimbr.*

*Mas* abjecta tempore autumnali juba pennacea, Staals  
Sneppe audit, *Morinellum* sapors superans.

170. VANELLUS, Fn. 176. Danis Vibe, Rikit. E  
Cimbria, *Christiansöe* & *Islandia*, habitat quoque in *Norvegia*.

171.

171. LOBATA, *Fn.* 179. Caput, collum, pectus & abdomen alba, vertex capitis niger, linea pone oculos exigua alba. Dorsum nigrum maculis ferrugineis quibusdam ; remiges nigræ, interiores margine albo ; tectrices apice albæ, hinc linea alaris alba. Reliqua convenientur cum descriptione *Fnæ Svec.*

*Pontopp. atl. dan. tab. 26. f. 2. E Christiansöe.*

172. FULICARIA. *Linn. syst. nat. LXXVIII. 6.*

*Descr.* Magnitudo Sturni ; Caput nigrum, linea alba utrinque ab oculis ad nucham ducta, collis pars supina & dorsi antica pars nigra, lineis quibusdam luteis variegata ; postica pars dorsi & uropygium cinerea ; subtus tota inde a rostro usque ad extimum caudæ ferruginea. Alæ forcipatae, remiges primariæ & secundariarum plurimæ margine interiori albo, nonnullis corpori vicinioribus albis totis, posticæ primoribus longitudine fere æquales, nigræ ; pennæ scapulares longiores, nigræ, marginibus luteis ; tectrices alarum nigræ, at secundariis remigibus proxime superjacentes apice albæ, hinc linea alaris alba ; Rectrices 5. 5. ex cinereo nigrantes, singulæ a latera exteriori versus api-



cem macula notantur ferruginea; duæ interme-  
diæ nigræ immaculatæ. Rostrum latum, pla-  
num, supra bisulcatum, apice augusto acuto in-  
flexo. Digi<sup>t</sup>i 3 antici semipalmati, cohærentes  
ad dimidium usque membrana natatoria, quæ,  
fissa & lobata, cingit digitorum margines. interio-  
res & exteriores omnes; membrana ipsa omni  
marginē fimbriata s. inciso-denta. Digitus po-  
sticus membrana quoque simili a latere interiori  
instructus. E *Grönlanlandia*.

173. ALPINA, *Fn.* 181. Rectrices duæ intermediæ  
magis fuscescentes & paulo longiores, collum &  
pectus alba, nigro maculata. E *Christiansöe*.  
*An Brissonei Tringa Cinclus torquatus LXXV. 11.*  
*tab. 19. f. 2.*
174. HYPOLEUCOS, *Fn.* 182. Norvegis den lille Mør-  
stikkel, Bornholmis Virsen. E *Christiansöe*.
175. INTERPRES, *Fn.* 178. Bornholmis Beidetitten.  
E *Christiansöe*.
176. SQUATAROLA; *Fn.* 186. Bornholmis Fløntes-  
Tyten, Dølken. E *Christiansöe*.
177. LITTOREA, *Fn.* 185. Bornholmis Strand-Bek-  
fæjn. E *Christiansöe & Cimbria*.

178. **LITTOREA**, *varietas*, præcedenti simillima, excepta remige prima, quæ rachi, non nivea, sed nigra gaudet; macule quoque in hujus dorso alisque sunt minores. Turture minor. E *Christiansöe*.

An sexu vel ætate a præcedenti diversa?

179. **CINEREA**, dorso alisque cinereis, lituris nigris albisque undulatis, rectricibus cinereis marginibus albis.

*Descr.* Magnitudo sturni. Cinera sunt dorsum & alæ, lituris nigris; abdomen album; remiges primariæ fuscæ apicibus vix albicantibus, secundariæ cinereæ marginibus undique albis. Rectrices 12. cinereæ marginibus undique albis; testrices caudæ superiores albæ nigro fasciatæ. Rostrum apex paulo crassior. Cum *Tringa hypoleuc.* in multis convenit. E *Christiansöe*.

180. **FERRUGINEA**, subtus tota ferruginea; dorso c. nigro, ferrugineo alboque vario, rectribus intermediis apice subcaudato.

Islandis Randbrislingar.

*Descr.* Magnitudo præcedentis. Dorsum c. nigro, ferrugineo alboque varium, latera capitis & tota avis subtus ferruginea; vertex capitis nigrans;



alæ cinereæ, remiges fuscæ, 4 primores immaculatæ, reliquæ margine exteriori albo. Uropygium cinereum, fusco, albo luteoque maculatum, rectrices cinereæ immaculatæ, exceptis 4 intermediis; intermediæ duæ apice subcaudato s. angusta extremitate auctæ. Rostrum subarcuatum. Ex *Islandia & Christiansöe.*

181. **VARIEGATA**, supra fusca, luteo maculata; subtus cinerascens, abdomine albo, rectricibus, nigricantibus, apice lituraque luteis.

*Descr.* Magnitudo *squatatoriae*, supra fusca marginibus pennarum ex albo luteis, uropygio cinereo; Remiges primores e fusco viridescentes, rachis prima nivea; secundariæ cinereæ margine exteriori albo; remiges posticæ alæ complicatae primoribus longitudine æquales & concolores, marginibus & litura angulata luteis; collum & pectus e luteo cinerea, abdomen album; rectrices nigricantes apice lituraque luteis. E *Christiansöe.*

182. **MARITIMA**, fusca cinereo undata, rectricibus lateralibus 4 utrinque brevioribus; basi rostri pedibusque flavis,

*Ström. sōndm. I. p. 225.* Norvegis *Ficere-Pist*,  
*Ficær-Kurv*, *Ficær-Muis*, quia in *Ficæren* o:  
littore maris degit, semper sibilans; hinc etiam  
*Strand-Erle*, dicitur. Islandis *Sidlingar-Kall*. Bornholmis *Rytteren*.

*Descr.* Magnitudo sturni. Corpore supra fusco  
cinereo undato, collum antice fuscum, pectus &  
abdomen alba. Remiges nigricantes, rachi pri-  
mæ nivea, secundariarum anteriores apicibus al-  
bis, posteriores albæ fascia nigra; posticæ nigri-  
cantes. Rectrices nigræ, laterales utrinque 4.  
reliquis paulo breviores, cinereæ margine albo;  
intermediæ fusca. Rostrum nigrum, basis rostri  
pedesque flavi. E *Christiansöe & Norvegia*.

183. **UNDATA**, fusca, ex albo luteoque undulata; uro-  
pygio albo; rectricibus cinereis marginibus api-  
cum nigris, remigum prima rachi alba; remigi-  
bus secundiis earumque te|ctricibus
 apice albis.

Color rostri plerumque in exsiccatis exuviis deletus,  
semper erat dubius, hinc eum in descriptionibus omit-  
tere coactus sum.

**OCROPHUS**, Fn. 180. Danis *Hørsegjøg*. Islandis *Hrossa-*  
*gaufr.* Norvegis *Skodde-Foll*, *Skodde-Fugl*, *Jord-*  
*Geed*, *Mælfre-Gouf*, *Ros-Goufe*. Hujus varietas



vel nova species describitur *Ström.* *Söndm.* I. p. 252.  
 „ Caput & collum grisea, albo punctata; dorsum fu-  
 „ scum, maculis saturationibus & albis varium; posti-  
 „ ca pars dorsi, uropygium, pectus & abdomen alba,  
 „ maculis in pectore nigris. Remiges nigræ, rachi  
 „ primæ nivea; Rectrices albæ, griseo undulatæ. Ro-  
 „ strum nigrum, pedes virescentes. In *Norvegia* &  
*Islandia*.

## Charadrius.

184. **HIATICULA**, *Fn.* 187. Bornholmis *Præste-Kras-*  
*ve, Sand-Brifster.* E *Christiansöe* & *Cim-*  
*bria*; habitat quoque in *Norvegia*.

Charadrium e *Christiansöe* sub nomine *Fittsmule* ante  
 hos tres annos accepimus, quain ex descriptione tunc  
 data puto fuisse varietatem hujus speciei. Dermestis-  
 dum voracitate post aliquod tempus delebatur exem-  
 plar, antequam sub ulteriori revocabatur examine;  
 nec postea aliud videre nobis contigit.

185. **MORINELLUS**, *Fn.* 188. Cimbris *Pommierank-*  
*Fugl*, Norvegis *Bold-Ticet*, den mindre *Aker-*  
*loe*. E *Cimbria* & *Norvegia*.

186. **APRICARIUS**, *Fn.* 189. Norvegis *Hejloe*, *Mys-*  
*reløe*; Cimbris *Hjeile*. E *Norvegia*, *Cimbria*  
 & *Islandia*.

187. PLUVIALIS, *Fn.* 190. Norvegis *Akerloe*; Cimbris *Brok-fugl*. E *Norvegia, Islandia & Cimbria*.

Aven e familia Grallarum sub nomine *Quifke-Tiell* affert *Ström. sōndm.* 248. Eam ex aliorum relationibus dicit, staturæ esse columbae vel sternæ, e griseo variegatam, lineis flavis albisque in capite pictam, ceterum *Hæmatopo* ostralego similem, rostro longo & obtuso, pedibus longis rubris, femoribus seminudis, digitis fissis. Æstivo tempore dedit Ostralegi instar in littore. Nomen ex alacritate sortita est, semper enim cursitat, continuo vociferans. Confert Rev. Autor hanc avem cum *Kleinii Gavia brachyptera* vocifera, hist. av. p. 21, quæ est *Linnæi CHARADRIUS VOCIFERUS*.

## Recurvirostra.

188. Avoletta, *Fn.* 191. Danis *Klyde*, *Loufugl*, *Forkeert-Regnspove*. E *Sjællandia* habitat quoque in *Cimbria*.

## Hæmatopus.

189. OSTRALEGUS, *Fn.* 192. Islandis *mas Tialldur*, fæmina *Tilldra*, Ferøensibus *Kielder*, Norvegis *Tiell* v. *Kield*, *Glib*, *Strand-Skiure*, *Strand-Skade*. E *Sjællandia, Christiansöe*



& *Islandia*, habitat quoque in *Cimbria* & *Norvegia*.

### Fulica.

190. ATRA, *Fn.* 193. Danis *Vand*-*Høne*, *Bles*-*Høne*. E *Norvegia* & *Cimbria*.

191. CHLOROPUS, *syst. nat.* 82. 2. E *Fredensborg Sielandiæ*. Avis inter minus obvias numeranda.

### Rallus.

192. CREX, *Fn.* 194. Danis & Norvegis *Bagtels Konge*, *Aker*-*Rixe*, *Skov*-*Snarre*. Quibusdam *Norvegiæ* incolis *Agerhøne*. E *Christiansöe*, *Norvegia* & *Cimbria*.

193. AQUATICUS, *Fn.* 195. Norvegis *Vand*-*Rixe*, Feroensibus *Jord*-*Koene*. E *Feroa* & *Cimbria*; habitat quoque in *Norvegia*.

Domesticas aves, Pavonem cristatum *Paaafugl*, Meleagridem gallopavonem *Kalkonse Høns*, Phasianum gallum ejusque varietates, omnibus notas, heic tantum nominare sufficit.

Speciem phasiani, ut puto *colchicum*, in prædio *Jægerspriis Sielandiæ*, & insula *Taasinge* prope *Fioniam* spontaneam habitare affirmant autoptæ.

### Tetrao.

## Tetrao.

194. 195. UROGALLUS *mas & fæmina.* Fn. 200.  
*mas* Norvegis *Tiur*, *Teer*, *Tødder*. *Fæmina*  
*iisdem Røn*. Danis *Norsk-Kalkon v. Feder-*  
*Hane*. E *Norvegia*.
196. 197. TETRIX *mas & fæmina*, Fn. 202. Nor-  
vegis *Karfugl* rectius *Orrfugl*; Cimbris *Urhöns*.  
E *Norvegia & Cimbria*.
198. LAGOPUS, *albus*, *exceptis rectricibus nigris*.  
*Hyeme occisus*.
199. - - - *ex albo fusco & testaceo varius*. *Æsta-*  
*te occisus*.
- Fn. 203. Norvegis *Rype*. Qui in alpibus ha-  
bitat, *Field-Rype*, *Field-Skarv* dicitur, minor;  
Qui in sylvis degit, *Skov*, vel *Lie-Rype* audit,  
major. *Mas* Islandis *Riupkarre*, *fæmina* *Riupa*.  
E *Norvegia*, habitat quoque in *Islandia*.
200. BONASIA, Fn. 204. Norvegis *Hierpe v. Gerpe*.  
Habitat in *Dicecesibus Christianiensi & Nidrosiensi*  
*Norvegiæ*.
201. PERDIX, Fn. 205. *Agerhøne*. E *Cimbria &*  
*Sjællandia*. Norvegis *ignota avis*.
202. COTURNIX, Fn. 206. Danis *Vagtel*. E *Cimbria*.  
Colum-



## Columba.

203. Oenas, *Fn. 207.* Danis Kirke-Due, Skov-Due.  
E *Siælandia, Cimbria & Christiansöe*, habitat  
quoque in *Norvegia*.

204. PALUMBUS, *Fn. 208.* Danis Ringel-Due. Bornhol-  
mis Skude. E *Siælandia, Cimbr. & Christiansöe*.

Columbarum species & varietates domesticæ, qua-  
rum nonnullæ in museo servantur, aliæ in domibus  
obviæ, autoribus minus notæ sunt, ideoque heic eas  
cum ejusmodi characteribus nominibusque danicis,  
qui his a peritis distinguuntur, recensebo.

205. VERTAGA iride lucida albida, pupilla atra, in vo-  
latu retrorsum volubilis. Tumler.

1. Atra alis totis & abdomine albis: Skade.

2. Atra, alis ad dimidium & abdomine albis: Knof-  
fel-Skade.

3. Alba, pileo & rectricibus nigris; mandibula su-  
perior nigra, inferior alba. Kalotte.

4. Nigra remigibus septem primoribus albis.

5. Nigra remigibus septem primoribus rectricibus.  
que omnibus albis.

6. Atra rectricibus albis. Hybrida.

7. Cœrulea. 8. Atra. 9. Alba. } Unicolores.  
10. Rufa. 11. Flava. }

12. Guttare alarumque fasciis flavis vel rufis.

13. Cauda patula; corpore plerumque toto albo.  
Huulrumped.

14.

14. Atra, variis coloribus intertextis.  
 15. Alba, variis coloribus intertextis.] *Gryphus.*
206. **FULICARIA**, corpore albo, fronte maculata; cauda fronti concolore. *Snippert.*
1. Macula frontali & rectricibus rufis, mandibula superiore alba.
  2. Macula frontali & rectricibus atris, mandibula superiori atra.
207. **MELANURA**, corpore niveo; capite, rostro, cauda & 7 remigibus primoribus atris; pennis occipitis in galeam erectis, antice nigris pone albis. *Mennike.*
208. **MELANOCEPHALA**, corpore niveo, capite toto, rostro & cauda atris; galea in capite antice nigra, pone alba. *Morenkop.*
209. **TREMULA**, cauda erecta multipenni patula rectricibus 36. *Hvn-Stiert.*
1. Nivea.
  - 2.) Variegata.
210. **GALEATA** colore vario, fasciis alarum corpori concoloribus; capite, oculis, remigibus primoribus & rectricibus albis, pennis occipitis in galeam erectis. *Krossonobel.*
211. **CUCULLATA**, colore vario, fasciis alarum corpori concoloribus, capite, oculis, remigibus primoribus



moribus & rectricibus albis, pennis occipitis in  
cucullum reflexo-erectis. **Paryk**-Due.

**212.** GUTTUROSA, gutture inflato, **Krop**-Due.

a) Major Heeskroppert, b) Minor Halvkroppert.

1. Alba, rectricibus nigris.

2. Nigra, remigibus primoribus albis.

3. Rufa, remigibus primoribus albis.

4. Flava, remigibus primoribus albis.

**213.** TABELLARIA, rostro longiore, cera lata verruco-  
sa ad dimidium tecto, palpebris nudis. **Pavedette**.

**214.** TYMPANISTA, pennis in basi rostri recurvatis.

**Trommel**-Due.

1. Tigrina. 2. Ex albo nigroque varia.

**215.** MERCURIALIS, corpore niveo, pileo capitis, pe-  
dibus pennatis aliquaque unicoloribus: **Svalle**-Due.

1. Glaucis. 2. Nigris. 3. Rufis vel 4. Flavis.

**216.** TURBITA pennis in pectore recurvatis; rostro  
minuto. **Mæsefæfe**.

Alis 1. Flavis. 2. Rufis. 3. Atris. 4. Glaucis.

5. Argenteis. 6. Albis. 7. Albis, rectricibus  
nigris. 8. Fasciatis a) *Fascia atra*. b) *Fascia*  
*cærulea*, c) *Fascia spadicea*.

**217.** TURCA oculis magnis lucidis, palpebris nudis ru-  
bris, rostro minuto. **Tyrk**.

1. Atra

1. Atra. 2. Alba. 3. Flava. 4. Rufa. Variant  
capite cristato & simplici.

218. PERCUSSOR, versicolor varie & indeterminate vo-  
lans. Dreyert.

219. PROLIFERA, unico vel variis coloribus irregula-  
riter picta. Maaneds, v. Gaard, Due.

1. Variegata. 2. Unicolor: a) *cærulea*, b) *nigra*,  
c) *alba*.

Inter proliferas numeratur quoque *columba oenas*  
*domestica*, feræ coloribus similis. Ceteræ varietates  
omnes hybridæ, e præcedentibus ortæ.

220. RISORIA, *syst. nat.* 92. 21. Danis Turteldue.  
In caveis alitur.

## Alauda.

221. ARVENSIS, *Fn.* 209. Danis Sanglærke. E  
*Siælandia* & *Christiansöe*, habitat quoque in  
*Norvegia*.

222. - - - varietas cinerea; candidam autem pos-  
fidet Excell. Dnus Otto de Thott, nuperrime in  
prædio ejus *Gavnöe* occisam. Alia propre *Fa-  
rum Siælandiæ* visa fuit. Candidam delineavit  
Frisch, av. t. 16. qui, eas e septentrionalibus re-  
gionibus venire, existimat: Klein.

223. PRATENSIS, *Fn. 210.* Danis Englerke. E Siælandia & Christiansöe, habitat quoque in Cimbria & Norvegia.

224. 225. ARBOREA, *mas & fæmina*, *Fn. 211.* Brisson. *orn.* XXXIX. 2. t. 20. f. 1. Danis Skovlærke; Cimbris Heede-lærke; Lyng-lærke. Tænia supra oculos candida; rectrice extima exteriorius & apice alba. *Fæmina* a mare differt maculis fuscis in pectore rarioribus & remigum majorum oris exterioribus griseis, dum in mare sunt olivaceæ. E Christiansöe & Cimbria.

226. CAMPESTRIS, *Fn. 212.* Danis Mark-lærke. E Sielandia & Christiansöe.

227. TRIVIALIS, *syst. nat.* 93. 5. Danis Haugez, Hyldez, Pibez, Lærke. E Christiansöe.

228. CRISTATA, *syst. nat.* 93. 6. Danis Topz, Venz Lærke. E Sielandia.

## Sturnus.

229. VULGARIS, *Fn. 213.* Danis & Norvegis Stær, Frequens in Dania, Norvegia & Islandia.

230. CINCLUS, *Fn. 214.* Norvegis Fosse-kald, Fosse-Kald, Øværn-kald, Strom-stær, Bække,

Bælle-fugl, Elve-Konge. Cimbris male  
Ißfugl. E *Christiansöe* & Norvegia; in *Cim-  
bria* quoque, sed hieme tantum, ad aquas, gelu  
non constringendas, conspicitur.

## Turdus.

231. VISCIVORUS, *Fn.* 216. Danis dobbelt Kramsfugl.  
Rectrices hujus apicibus gaudent acumini-  
natis. E *Christiansöe*.
232. PILARIS, *Fn.* 215. Danis dobbelt Kramsfugl,  
Cimbris, Snarrer, Norvegis Graae-Trost,  
Fjeld-Trost, Norden-Binds Pibe, Born-  
holmis Simmeren. Capite & uropygio  
cinereis, capite per series nigro maculato,  
dorso e fusco rufescente; remigibus primariis  
rectricibusque nigris; prona pars a rostro ad  
ventrem rufescens, maculis nigris aspersa. E  
*Christiansöe*, ceterum ubique obvius.
233. - - - capite, dorso & uropygio cinereis,  
guttura albo; remigibus & rectricibus e cinereo  
fuscis; reliqua ut in praecedenti, sed coloribus  
magis dilutioribus. E *Christiansöe*.  
Voces ca ca inter cantandum frequenter repetit.



234. 235. MERULA, *Fn.* 220. Danis & Norvegis  
Sælsort, Solsort. Rostrum maris flavum vel  
croceum, fæminæ dilutius. E *Christiansöe*,  
habitat in *Cimbria* & *Norvegia*.

236. MUSICUS, *Fn.* 217. Cimbris & Bornholmis  
Viindrossel. Norvegis Fjeld-Trast; Tale v.  
Maal-Trast. E *Christiansöe*, habitat in *Cimbria* & *Norvegia*.

237. TORQUATUS, *Fn.* 221. Danis Ring-Drossel;  
Norvegis Ring-Trast. E *Christiansöe*; ha-  
bitat in *Cimbria* & *Norvegia*.

## Loxia.

238. CURVIROSTRA, *Fn.* 224. Norvegis Kors-Næb,  
Kors-Fugl. E *Norvegia*.

In exemplari, quod descripsimus, mandibula supe-  
rior in dextrum latus descendit, inferior in sinistrum  
assurgit; contra vero in aliis observarunt inulti, &  
cum iis *Brissonius*.

Caveis inclusæ rostri apices, quæ ad enormen cre-  
scunt longitudinem, subinde amittunt, id quod in  
eo, quod descripsimus exemplari, est observatum;  
apices quoque decidui satis magni in museo servan-  
tur.

239. ENUCLEATOR, *Fn. 223.* Norvegis Kirsebærfugl, Norsk Papegøye, den guulhærdede Dom Øre. E *Norvegia*.

240. 241. PYRRHULA *mas & femina*, *Fn. 225.* Danis & Norvegis Dom-Pape. Norvegis quibusdam Dom-Herre. E *Christiansöe & Sielandia*, habitat quoque in *Norvegia*.  
Dantur varietates, una major, altera minor.

242. 243. CHLORIS *mas & femina*, *Fn. 226.* Danis Svenske. E *Christiansöe & Sielandia*.

244. ATRA, corpore toto atro; macula alari alba.  
*Descr.* Magnitudo passeris domestici. Tota atra, uropygio ex atro cœrulecente. Remiges primores 4 albæ, versus apicem nigræ, hinc macula linearis alarum alba. Rectrices omnes, excepta laterali tota nigra, basi albæ. E *Christiansöe*.

Magnitudine & colore convenit cum *Loxia nigra*  
*Catesb. car. I. p. 39. t. 39.* *Linn. syst. I. 96. 28.*  
excepta macula hñmerali alba, qua nostra caret.

## Emberiza.

245. 246. NIVALIS *mas & femina*, *Fn. 227.* Norvegis Sneefugl, Fjælster. Cimbris Sneekof,



Winterfugl. E *Christiansöe* & *Norvegia*, habitat quoque in *Cimbria*.

**247.** **248.** *CALANDRA mas & fæmina*, Fn. 228.

*Brisson. orn. XXXV. 10.* Cimbris Korn-Lærke, Norvegis Knøtter. E *Christiansöe*, habitat quoque in *Cimbria* & *Norvegia*.

**249.** **250.** *CITRINELLA mas & fæmina*, Fn. 230.

*Brisson. orn. XXXV. 1.* Danis den store Gulspurv, Bornholmis Gulverling. E *Christiansöe*, habitat in *Dania* & *Norvegia*.

**251.** **252.** *SCHOENICLOS mas & fæmina*, Fn. 231.

*Brisson. orn. XXXV. 5.* Danis Rør-Spurv. E *Sjællandia* & *Christiansöe*.

**HORTULANUS**, Fn. 229. Danis Hortulan, Thurah, bornholm. pag. Habitat in *Bornholmia*.

## Fringilla.

**253.** **254.** *COELEBS mas & fæmina*, Fn. 232. Danis Bosinke, Vogfinke. Ubique per *Daniam* & *Norvegiam* frequens.

**255.** **256.** *MONTIFRINGILLA mas & fæmina*, Fn.

233. Danis Quæker, Bosinkens Hore-Unge; Akerlan? E *Sjællandia* & *Christiansöe*.

257. 258. CARDUELIS mas & fæmina, Fn. 236.  
Danis Stigliß. Ubique frequens.
259. 260. CANARIA mas & fæmina, Syst. nat. I.  
98. 18. Danis Kanarie-*Fugl*. In caveis ubi-  
que alitur.
261. 262. SPINUS mas & fæmina, Fn. 237. fæmina.  
*Brisson. orn. XXXII. 4.* mas & fæmina. Danis  
Sisgen. E Christiansöe & Sielandia.
263. CANNABINA mas, Fn. 240. Danis Torn-Griff;  
Sidse Rønne? E Sielandia.
264. 265. DOMESTICA mas & fæmina, Fn. 242.  
Graae-*Spurre*, Norvegis Huis-Kald.
266. - - - varietas, tota nigra.  
Passeres albos in Sielandia captos fuisse refertur. O.  
Jacob. mas. P. 2. 82.
267. MONTANA, Fn. 243. Danis Slov-*Spurre*.  
Ubique frequens.
268. - - - *Varietas*, capite cinereo, fascia spa-  
dicea supra oculos ad latera colli deducta, & in  
parte colli superiori coeunte: guttulis color ni-  
ger continuatur in collo & pectore superiore.  
Rostrum huic est flavum. E Sielandia.



LINARIA, Fn. 241. Danis Graafsgen, Moirist. in Siælandia.

## Motacilla.

269. MODULARIS, Fn. 245. Danis Graae-Griss. E Siælandia, habitat quoque in Cimbria.

270. PHILOMELA, Syst. nat. 99. 10. Danis Mattern-galens Hore-Unge. E Siælandia.

271 ALBA, Fn. 252. Danis Bipstiert, Havresæer, Havre-Fugl, Steenpikker; Norvegis Erle, Lin-Erle. Feroensibus Elle-Kongens Datter. E Siælandia, Cimbria, Norvegia & Feroa.

272 - - - *Varietas*; a præcedente differt capiti dorso concolore, collo inferiore albo, macula nigra ferri equini æmula, cuius concavitas caput spectat, duobus scilicet brachiis secundum colli latera ascendentibus. Confer. Brisson. orn. XL. 38. An differentia ætatis v. sexus. E Siælandia.

273. 274. FLAVA mas & fæmina, Fn. 215. Fæmina multo minus est lutea quam mas, vix enim flavedine tingitur. Danis Gulspink. E Siælandia & Cimbria.

275. SYLVIA, *Fn. 250.* Remigum secundariarum margines exteriores in nostro exemplari ferruginei.  
E *Sjællandia*.

276. OENANTHE, *Fn. 254.* Norvegis *Steendolp*,  
*Steensqvette*, *Steengylpe*. E *Christiansöe*  
& *Sjællandia*, habitat quoque in *Norvegia*.

277. RUBETRA, *Fn. 255.* Rectrices duæ, intermediis proximæ, a latere exteriore toto nigræ, interiore dimidiato albæ & nigræ. E *Christiansöe*.

278. ATRICAPILLA mas, *Fn. 256.* Danis *Hav-Skade*, quibusdam *Spikke*. E *Sjællandia* & *Christiansöe*.

279. - - fæmina, *Fn. 256.* incolis *Christiansöe* *Brun-Skalle*. E *Christiansöe* & *Sjællandia*.

280. 281. PHOENICURUS mas & fæmina, *Fn. 257.* Norvegis, *Blod-Fugl*, *Rød-Stiert*.

An eadem cum *motacilla Titys*, quæ in altera editione Fn. Sv. omissa est.

Mas differt a fæmina syncipite candido, genis, gutture & collo inferiore nigris. E *Christiansöe*, habitat in *Norvegia*.



282. FICEDULA, *Fn. 251.* Danis Spids-*Kerke.* E *Sjælandia.*

283. RUBECULA, *Fn. 260.* Danis Rød-*Finke,* Rød-*Kielke.* Cimbris quibusdam Rotgel. E *Sjælandia, Cimbria & Christiansöe.*

284. TROGLODYTES, *Fn. 261.* Danis Nelle-*Konge,* Gierd-*Smutte,* Bornholmis Tommeliden, Norvegis Peter Nonsmad, Cimbris Thomas i Gierdet. Feroensibus Musebroder. Ubique in *Dania, Norvegia & Feroa* frequens.

Intrat casas Feroensium, carnem exsiccandam incolarum consumens.

285. REGULUS *mas & femina,* *Fn. 261.* Mas differt a fœmina superne colore non nihil ad flavum inclinante, qui in fœmina est olivaceus; vertice quoque aurantio, qui in fœmina est luteus. Danis Fugle-*Konge.* E *Sjælandia & Cimbria.*

286. TROCHILUS, *Fn. 264.* Danis Spurre-*Konge,* Fager-*Fiis.* E *Sjælandia.*

CURRUCA *Fn. 247.* & HIPPOLAIS *Fn. 248.* sub nomine Græssmutte in *Sjælandia* notæ sunt.

Parus.

## Parus.

287. MAJOR, *Fn.* 265. Danis Musvit. E *Siælandia*, habitat quoque in *Cimbria* & *Norvegia*.

288. COERULEUS, *Fn.* 267. Danis Blaaemeise. E *Siælandia*, habitat quoque in *Cimbria* & *Norvegia*.

PALUSTRIS, *Fn.* 269. Norvegis Graae-Meise. *Ström.*  
*söndm.* I. 239.

IGNOTUS, *Ström.* *söndm.* I. 240. ubi ita describitur:  
„Rostrum supra nigrum subtus flavum; guttus flavus,  
collum & corporis pars supina e flavo viridis; pectus  
flavum spadiceo maculatum. Abdomen cœruleum,  
prope anum flavescentes, Cauda bifurcata dorso concolor,  
rectricibus intermediis duabus viridescentibus, duabus  
extimis albo marginatis. Pedes nigri, unguis posticus  
reliquis triplo longior. An Varietas Pari majoris cui  
simillimus, excepto capite nequaquam nigro. In  
*Norvegia*.

## Hirundo.

289. RUSTICA, *Fn.* 270. Danis Forstue-Svale, Mark-Svale. E *Christiansöe* & *Siælandia*, habitat quoque in *Cimbria* & *Norvegia*.

---

Genus Pari communi nomine Danis Meise, Ried-Meise,  
Norvegis Talg Øre, Lite dicitur.



290. URBICA, *Fn.* 271. Danis **Bnes** v. **Tagſſiægſ**  
**Svale**; quibusdam hviid **Svale**. Langelan-  
dis **Rive**. E *Siælandia* & *Christiansöe*, ha-  
bitat quoque in *Cimbria*, *Norvegia* & *Lange-  
landia*.
291. RIPARIA, *Fn.* 273. Danis **Dig-** v. **Gord-Svale**,  
**Solbakke**; Norvegis **Sand-Ronne**. E *Siæ-  
landia*, habitat quoque in *Cimbria* & *Nor-  
vegia*.
292. APUS, *Fn.* 272. Danis **Stens**, **Kirke-**, v. **Sœs**  
**Svale**. E *Christiansöe* & *Siælandia*, habi-  
tat quoque in *Cimbria*.

## Caprimulgus.

293. EUROPÆUS, *Fn.* 274. Danis **Nat - Ravn**,  
**Nat - Skade**, **Uftenbakke**. E *Christiansöe* &  
*Siælandia*, habitat quoque in *Cimbria* &  
*Norvegia*.

---

Dubia.

## Dubia.

Ulterius examinanda est avis anomalopes tetra-  
daëtyla, tribus anticis, pede sinistro palmato, dextro  
fisso; rostro adunco apicibus, figuram harpes referente,  
mandibula inferiori truncata; capite & collo ex albo &  
cinereo variegatis, alis caudaque nigris abdomine niveo;  
incolis insulæ Christiansöe læviori hieme interdum visa,  
illisque sub nomine Bærgen nota, quæ ita describitur  
a Dno. Petersen, qui avem hanc anno 1747. ibidem  
se conspexisse affirmat. Similem in mari Indico se ob-  
servasse avem testatur *Bellegarde hist. Univ. des Voya-  
ges Vol. I pag. 346. sq.* ubi ita de hac ave loquitur:  
„ On voit sur les mers, & sur les côtes des Indes, un  
„ oiseau d'une espece tout-a-fait singuliere; il a les plu-  
„ mes mouchetées comme un leopard; c'est un oiseau  
„ de proye, & il exerce ses rapines sur mer, & sur  
„ terre; pour cela l'un de ses pieds est large comme la  
„ patte d'une oye, l'autre ressemble à la griffe d'un aigle.  
„ Quand les poissons approchent de la surface de l'eau,  
„ cet oiseau qui les apperçoit de loin, vient fondre sur  
„ eux à tire d'aile, du milieu des airs, & les enlève  
„ avec sa griffe, où il se repose sur la superficie de l'eau,  
„ & nage avec sa patte d'oye; quand il a attrapé quel-  
„ que bon poisson, il va le manger à l'aise sur le haut  
„ de quelque écueil, ou sur un arbre: car comme je l'ai  
„ dit d'abord, cet oiseau est terrestre, & aquatique tout  
„ ensemble; il fait la chasse aux petits oiseaux, & aux  
„ lezards, dont il se nourrit quand le poisson lui manque. „

---

TYPIS ANDREÆ HARTVIGII  
GODICHE.

---

## Appendix.

**GENTILIS**, Fn. 58. Siælandis Hønse-Høg.

b. Varietas pectori maculis transversis fasciarum instar undulato.

Hos, e prædio Endrupholm Cimbriæ missos, ejusdem fuisse speciei certo certius constat. Varietatem h. per annum captam tenebat Dnus de Teilmund, qui observavit in ea maculas pectoris antea oblongas post defluvium pennarum multiplicatas latioresq;e factas (atramenti instar in linteo vel charta bibula) hinc q;e mutatas fere fuisse in fascias transversales. (pag. 5. post §. 15.)

**ACUTA**, Fn. 126. E prædio Lönborregaard Cimbriæ, sed minus frequens. (pag. 21. post §. 91.)

**ALEXANDRINUS**, Charadrius griseus, fronte, linea supra oculos, collari dorsali, abdomineq;e albis, rectricibus lateralibus utrinq;e candidis, pedibus e fusco cœruleofuscis. E prædio Endrupholm. *Linn. syst. nat. I. LXXVII. 3.*

**Descr.** Rostrum nigrum rectum, apicem versus gibbum, caput dorsumq;e grisea, frons ad basin rostri albida, inde linea utrinq;e supra oculos ducta alba; annulus colli latitudine 2 pollicis una cum gula & gutture albus. Dorso



lor griseus in Hispaniam collis partem extenditur & in pronam ambit, antice vix coadunatus. Petrus, <sup>peccator sibi se situs est genitrix</sup> abdomen, cauda subtus & tectrices femorales albae. Alae soncipatae, remiges 26 de griseo nigrantes, intus albidae, id haec extimae aequaliter primorum reliqua successive breviores, intertibus alae complicatae longitudine fere duarum in pectus extinatur, sed dorso unicolores; rachis primae remigis tota alba, in reliquis ad dimiditum nigra. Remiges 5-8. macula alba oblonga in margine exteriori notatae, secundariæ apice albæ. Tectrices remigum nigrantes apice albæ, tectrices reliquaæ dorso unicolores. Alæ subtus albæ. Rectrices XII, harum intermedie 4. reliquis pauca. 1. longiores ex fusco nigrantes; 2. utrinque candidæ 3. 4. utrinque sordide albæ apicibus fuscis. Pedes avis adhuc vivæ ex fusco cœrulei, digitæ & unguis nigri; digitus tertius intermedio membrana annexus. Magnitudo media inter alaudam & sturnum.

Idem est cum Charadrio alexandrinus Hasselquist. Itin. 255. 30. in multis autem differt ab Egypcio Ibid. n. 31. ideoque minus accurate a Brissonio hi duo tanquam synonyma citantur Brisson. ornitholog. LXIX. 7. (pag. 57. post §. 187.)

ties mis en la grotte aux Dotsillies.

**CURVIROSTRA** mandibula superiore in sinistrum latius  
descendente, l. anteribre in sinistrum assurgentem.  
E Christiansöe. (pag. 66. postiss. 238.)

**LUSCINIA**, Fn. 244. Danis Rattergal. In Sjællandia  
haud infrequens. (pag. 72. post. lin. ult.)

### Emenda n d a

Pag. Lin.

1. - 16. **GENTILIS**, Fn. 58. lege **PALUMBARIUS**,  
Fn. 67.

3. - 5. gentilis, palumbarius.

15. - 15. varietates, varietatibus.

18. - 18. **CIRCIA**, Fn. 130. **CRECCA fæmina**.

25. - 6. **Avarsut**, **Akþarsut**.

52. - 10. Grönlanlandia, Grönlandia.

58. - 6. Fredensborg, prædio Cathrineberg

Sjællandiae.

### Addenda.

Pag. Lin.

3. - 2. **Blaaefalk**.

9. - 14. Ubique frequens.

11. - 18. Norvegis **Kraakspuute**.


12. - 4. E Christiansöe postea missa.

- - 15. Cimbris nonnullis **Grav Drage**.



Pag. Lin.

- 13. - 21. Cimbris quibusdam **Klinger-Gaas.**
- 16. - 18. **Stiert-And.**
- - 22. Etiam ex Endrupholm.
- 21. - 16. E Siællandia postea accepta.
- 25. - 7. Etiam e Cimbriæ prædio Endrupholm.
- - 18. Grönlandis **Alpa.**
- 37. - 10. *Post vocem Lönborregaard:* ubi longo  
quasi itinere defessa, inter boves, in cam-  
po pascentes, sese abscondens manibus  
capietur.
- 46. - 17. & in prædio Gram Cimbriæ.
- 49. - 13. & Endrupholm.
- 52. - 13. & Siællandia ubi **Strand-Spurv** dicitur.  
- - 21. an Sielandorum **Vyten?**
- 58. - 5. **Nør-Høne**, Cimbris quibusdam **Bondelæber.**  
- - 13. **Vand-Bagtel.**
- 63. - 13. Fera habitare fertur in prædio Gram.
- 64. - 20. Albus in Siællandia captus est.
- 65. - 5. Cimbris quibusdam **Domkraft.**
- 74. - 2. **Skorsteen-Svale.**  
- - 6. **Klint-Svale.**  
- - 7. *post vocem Sand-Rønne adde:* **Digsusu,**  
- - 10. **Muur-Svale.**  
- - 11. **Norvegis Svartsulu.**



BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.



